Quartum preceptum est. Hōra p̄sentium et matrē. per patrē et matrē intelliguntur omnes illi quibus debemus honorem et beneficium. et huic soli precepto fit p̄missio cum dicit̄. ut sis lōgeus super terrā. scz tam in p̄nti terra quā in terra uiuētium. quia talis pietas sicut dicit̄ apostolus. habet p̄missionem uite que nūc est et future. Ideo autem huic precepto fecit dñs p̄missionem ut inuitaret homines ad opa misericordie. quia per illa iudicabuntur homines in die iudicii cum dixerit. Esuriui et non dedistis mihi manducare. sitiui et non rē. Quintū preceptum est hoc. Nō occides. In quo prohibetur tam homicidiū uoluntatē quā homicidiū actus. quia homicida est qui uult occidere licet non occidat. Johan. Sui odit fratrem suum homicida est. Sextum preceptum est. Nō furtum facies. In quo intelligit̄ omnis rapina et omnis ablatio iusta rei aliene. siue per usurā siue per aliam iniustam extorsionem ut in causis uel in

dolosis uēditionibus. Septimum preceptū est. Non mechaberis. Et sic prohibet omnis illicitus usus genitalium mēbrorum. Octauū preceptū est. Non falsum testimonium dices. sic prohibetur omne mēdaciū. Nonum preceptum est. Non concupisces uxorem proximi tui. Decimū est. Non concupisces rem proximi tui ne quā domum neque agrū neque bouē neque ancillam neque omnia que illius sunt.

Haec duo precepta uidentur superflua. quia sunt prohibita uoluntas occidendi cum dictum est. Non occides. sic etiā prohibita est uoluntas fornicandi et uoluntas furandi cum dictū est. Non mechaberis. Non furtū facies. Ad quod dicendum quod occidere cōtra naturā est. et est horribile et non delectabile. et id non est attractiuum uolūtatis. Sed diuitie et luxuria sunt delectabilis nature. et ideo multū attrahunt uolūtatem et appetitum fornicandi et habēdi diuitias. et ideo magis necesse fuit prohibere uolūtatem et concupiscētiā fornicandi et habēdi diuitias. quā prohibēdi uolūtatem homicidiū. et tamen uidet̄ quod non fuit necesse prohibere nisi uolūtatem tantū. quia ubi prohibet̄ uolūtatem prohibet̄ et opus. et qui non uult facere non facit. Triplex tamen fuit cā quare prohibitum est opus. quia per prauā uolūtatem non nocet homo nisi sibi ipsi. et per opus proximo. et ideo ne nocemus proximo fuit prohibitiū opus. Iterum quia ipso opere efficit̄ hō deterior quā sola uolūtate. ergo prohibitum est opus. Tercio quia ualde naturale est et delectabile nature. fornicari et habere diuitias. Credebāt hoies

sicut dictum est talē uolūtate sine ope  
re non esse pctm̄. ⁊ ita utrūq; expressē  
est prohibitū. s. uolūtate ⁊ op9. Item  
notandum q̄ sicut tria prima p̄cepta  
pertinēt ad deū. ita septē p̄cepta q̄  
sequunt̄ pertinēt ad pximum. In du  
obus at̄ tantū tenemur proximis. scz  
ut subueniam9 ⁊ nō ledam9. Per hoc  
q̄ dicit̄. Honora patrē ⁊ matrē. intel  
ligimus om̄ia cum qbus debem9 sub  
uenire proximo. Ledit̄ autē proxim9  
facto uel dicto. quia per cogitationē  
homo non nocet nisi sibi ipsi. Prohi  
bemur at̄ ledere proximū dicto. cū di  
citur. Non dices falsum testimoniū  
contra proximū tuū. Facto autē le  
ditur tripliciter. uel in corpore uel ī fa  
milia sua. uel in possessionibus suis.  
Primum prohibet̄ cum dicit̄. Nō oc  
cides. quia sic prohibet̄ omnis iniu  
ria. Secundū. s. ledere ī familia sua. p  
hibetur. cum dicit̄. Non mechaberis.  
quia sic prohibet̄ fornicatio. etiā cuz  
matre. cum filia. cum sorore. cū nepo  
te alicuius. Tercū. s. ledere aliquez in  
possessionibus suis prohibet̄ cū di  
citur. Non furtū facies ⁊ in ceteris se  
quentibus. Solet autē dici q̄ in deca  
logo precipiuntur omnia que necessa  
ria sunt ad salutem. s. ibi precipitur fi  
des. ibi spes. ibi caritas. ibi precipit̄  
in decalogo. Diliges dñm deū tuum.  
ex toto corde tuo. Ad quod scien  
dum q̄ per primū p̄ceptū precipit̄  
fides. ubi precipit̄ cult9 unius dei. et  
prohibet̄ ydolatria. Per secundū p̄  
cipitur spes. quia ibi precipitur veri  
tas. unde crede prime ueritati. De9 at̄  
qui est prima ueritas uerax est in om  
nibus promissis suis. ⁊ ideo debem9  
in ipsum sperare. Per tercū precipit̄

caritas. ubi p̄cipimur hōrare primaz  
ueritatem uel bonitatē. quod nō pos  
sumus facere sine caritate. Possēt autē  
dici. ubi precipitur colī ⁊ honorari so  
lus deus. precipit̄ caritas. quia ado  
rari non possēt nisi ualde diligeretur.  
Item omnes cardinales uirtutes pre  
cipiuntur in decalogo. Precipit̄ enim  
prudētia cum dicitur. Honora p̄z  
⁊ matrē. ubi magna prudētia opus  
est. quia aliter honorādi sunt paren  
tes ⁊ aliter filii. aliter remotiores. Per  
hoc autē q̄ dicit̄. Non mechaberis.  
precipitur temperātia. Et per hoc  
dicitur. Non furtū facies. precipit̄ iu  
sticia. Et per hoc q̄ dicit̄. nō occides  
precipit̄ fortitudo. quia magna for  
titudō est uincere iram. Item quidā  
dicunt q̄ in decalogo prohibent̄ om  
nia mala. ergo prohibent̄ ibi septē cri  
minalia uicia. patet em̄ q̄ ira p̄hibe  
tur cum dicit̄. Nō occides. ⁊ luxuria  
cum dicit̄. Nō mechaberis. ⁊ auaricia  
cum dicit̄. Non cōcupisces rem pxi  
mi tui. Sed ubi prohibetur superbia  
ubi gula ⁊c. dicitur est super9 q̄ ī pri  
mo p̄cepto prohibet̄ superbia. ubi  
precipitur de9 adorari. qđ nō pōt fi  
eri nisi homo hūillet se sub deo. Qui  
autem non uult se humiliare supbus  
est. unde primus hō quia noluit esse  
subiectus deo sed uoluit eē sine dñio  
superioris. per magnā supbiam pecca  
uit. quia uero inuidia semper comes  
est superbie. non pōt hō superbire ni  
si alii inuideat. unde ubi prohibita ē  
superbia. prohibita est ⁊ inuidia. Per  
hoc q̄ dicit̄. Memēto ut diē sabbati  
sanctifices. precipit̄ q̄ cum leticia cele  
bremus festiuitates dei. tam interio  
res que sunt in corde q̄ exteriores in/

stitutas ab ecclesia. ubi autem talis ē  
 solennitas remouet omne tediū ⁊ fa/  
 stidium. unde ibi prohibet accidia.  
 Dixerunt at quidā q̄ ubi prohibetur  
 luxuria prohibet ⁊ gula. quia comes  
 sunt luxuria ⁊ gula. Alii dixerunt q̄  
 ubi precipit. memēto q̄ diez sabbati  
 sanctifices prohibet gula. quia cra/  
 pulatus per gulā nunq̄ bñ uel in die  
 uel in nocte potest celebrare festiuita/  
 tem dei. ymo sepe per hoc impeditur  
 Item notandū q̄ precepta affirma/  
 tiua non obligant ad semper pro lo/  
 co ⁊ tēpore. unde nō semp teneor hō/  
 rare patrē ⁊ matrem. sed quādo op̄  
 est. Precepta at negatiua uel prohibi/  
 tiua obligāt ad semper. quia semp te  
 neor non occidere. ⁊ ita de ceteris.

De decem plagis egypti.  
 Capiculum sextum.

Adēz rōne decalogi solēt hic  
 assignari decē plage egypti.  
 quas utile est sacerdotibz sci  
 re in multis casibus confessionū. so/  
 lent autem assignari his uersibus.  
 Prima rubēs unda. ranaz plaga se/  
 cunda. Inde culex tristis. post musca  
 nociuor istis. Quinta pecus strauit.  
 uescas sexta creauit. Hene subit grā/  
 do. post brucy dēte nephādo. Nonā  
 tegit solem. primā negat ultima plē.  
 Primo enim cōuertit dominus om̄s  
 aquas egypti in sanguinē. Secundo  
 fecit ebullire ranas per totā terrā. ⁊ eti  
 am per omnes domos egypti. Ter/  
 cio fecit uenire tot cimfes in tāta mul  
 titudine q̄ homines ⁊ pecora nō po  
 terant se defendere. Quarto misit dez  
 cinomias scz muscas caninas que gra

uius ⁊ deteriq̄ pungebāt homines ⁊ pe  
 cora. Sexto fecit fistulas ⁊ ulcerosas  
 inflationes per totum corp̄ egyptio  
 rum. Septimo fecit dominus uenire tā  
 tum grādinem ⁊ fulgur ⁊ tonitrua q̄  
 destruxerūt omnes arbores ⁊ fructus  
 egypti. Octauo fecit dñs uenire uer/  
 mes qui dicunt bruci uel locuste. que  
 deuorauerunt omnē herbā in terram  
 egypti. Nono fecit dñs uenire tātas  
 tenebras ⁊ tam densas q̄ palpabiles  
 erant. nec poterat se mouere hō a lo/  
 co in quo stabat. quia non poterant  
 scire quo irent. Ultima plaga fuit  
 mors primogenitorum. quia ōne pri  
 mogenitum siue hominis siue pecoris  
 siue cuiusq̄ bestie simul moriebant in  
 una nocte. Omnes at iste plage pōs/  
 sunt notari duobz uersibz. Sāguis ra  
 na. culex. cinomia. mors pecorina. Ul  
 cera grādo brucy tenebre stirps mor/  
 tua prima. Iste at plage que fiebant  
 corporaliter in egypto fuit spūaliter  
 in mente hominis. Unde ad remediū  
 decem plagaz dedit dominus decem  
 precepta. i. decalogū. Quō autem de/  
 bent decem precepta adaptari decem  
 plagis sic patet. In prima plaga aq̄  
 conuersa est in sanguinem. Per aquā  
 significatur cognitio dei. i. fides. san  
 guis est infidelitas uel ydolatria. H̄y  
 plage medicina est primū mādatū. s.  
 dominum deum tuū adorabis. Se/  
 cunda plaga est rana. per quam intel  
 ligitur mendax loquacitas. hui⁹ pla  
 ge medicina est secundū mādatum. scz  
 Nō assumes nomē dei tui in uanū.  
 Tercia plaga est culices uel cimfes. i.  
 musce quedam. per quas intelligūtur  
 cure mundi ⁊ rixe in linguis. hāc pla  
 gam sanat terciū mādatū. s. Ademē

eo ut diem sabbati sanctifices .i. qui /  
 escas a talibus. Quarta plaga ē ci /  
 nomia .i. musca canina. Canes autem  
 non agnoscāt parentes suos Vñ per  
 talem muscā intelligunt illi qui inhu /  
 mani sunt parētibz 7 proximis su /  
 is. Hanc plagā sanat mādatum quar /  
 tum .s. Honora patrē tuū 7 matrē tu /  
 am. Quinta plaga fuit mors pecū /  
 dum .per pecudes intelligunt luxurio /  
 si qui morant̄ i luxuria sua. Hāc pla /  
 gam curat quintū preceptū .s. Nō me /  
 chaberis Sexta plaga est ulcerarve /  
 sic sue pustule siue subule .que defor /  
 mant corpus 7 faciez hominis. Per  
 hoc figurat̄ ira 7 tumores cōtra pxi /  
 mum. Hāc plagā sanat sextū mādatū  
 scilicet Non occides. Septima pla /  
 ga est grādo .que grādinavit ficz 7 vi /  
 neas in quibus est dulcedo Per gran /  
 dinem ergo itelligitur crudelitas 7 ra /  
 pina .per quam non miseretur pxi /  
 m9 Hanc plagā sanat septimū preceptuz  
 scilicet Nō furaberis Octaua plaga  
 est bruc9 siue locusta que deuorat her /  
 bas omnes 7 fruct9. Per brucus ergo  
 significatur detractores qui mēdaci /  
 is suis quantum possunt deuorant 7  
 annihilant uirtutes aliorum Hec pla /  
 ga curatur per octauum preceptū scz

Non falsum testimoniū dices.

Nona plaga erat dēse tenebre. Vm /  
 ne autē peccatū pōt dici tenebre . sed  
 adulterium dicitur denser tenebre .qa  
 nulla iniuria magis ledit hominē uel  
 sensibilis q̄ adulterium uxoris sue.  
 Hanc plagam curat hoc mandatum  
 Non concupisces uxorē proximi tui  
 Ultima est mors primogenitorum .  
 Primogenita nostra sunt fides . spes .  
 caritas . que nos filios dei faciūt 7 co /  
 heredes xpi. Sui ēt habet fidem sicut  
 dicit Augustinus non cupit alienis re /  
 bus fieri diues . qui autē cupiscit res  
 alterius non uult ut ipse habeat aliuz  
 heredem nisi ipsum qui cōcupiscit .qa  
 uult ei succedere in bonis suis . quia se /  
 pe contingit q̄ feneratores puniunt̄  
 in heredibus suis. Tales autem occi /  
 dunt primogenita sua .i. fidē spem et  
 caritatem . quibz deberent generari ut  
 essent filii dei spirituales. Hāc plagā  
 sanat hoc mandatum Non concupi /  
 sces rem proximi tui.

De septem petitionibus i pater n̄r  
 per quas excluduntur septem uicia . 7  
 introducuntur septē dona sp̄s sancti

Capitulum septimum

Liberali a malo  
 Ista ad Nō induci in tēptationē  
 presens Peccata dimitti  
 Panem dari.  
 Voluntatem fieri  
 Ista ad fu Aduertum regni  
 tura Nomē p̄ris sanctificari

Spiritus timoris  
 Pietatis.  
 Scientie.  
 Fortitudinis.  
 Consilii.  
 Intellectus.  
 Sapientie.

Octo beatitudines in euangelio  
et premia earum.

Paupertas spiritus.

Mansuetudo.

Luctus.

Beatitudines Esuries.

Exhibitio misericordie.

Mundicia cordis

Pax.

Loquia domini eloquia ca-  
sta. Septē petitiones sunt in  
oratione dominica per quas  
excluduntur septē uicia et introducun-  
tur in mēte hominis septē dona spi-  
ritus sancti. et septē beatitudines cōse-  
quuntur. Hec est prima petitio. Pa-  
ter noster qui es in celis sanctificet no-  
men tuum. Sui pater noster es. cuius  
nos filii. tu dominus cuius nos serui.  
Confirmetur in nobis hoc nomen tu-  
um. ut nos non possim⁹ desinere eē fi-  
lii tui. Non enim potest esse bonus fili-  
us nisi pater eū humiliet. Per hāc ex-  
cluditur omnis superbia que dyabo-  
lum fugat. et introducit timor qui est  
iniciū sapientie. Inde sequit⁹ prima  
uirtus. s. paupertas quam consequit⁹  
prima merces. s. regnum celoꝝ. Se-  
cunda petitio est. Adueniat regnū tu-  
um. Hoc est. Adueniat tot⁹ mundus  
ad regnū tuum. Sic excludit⁹ inuidia.  
que est dolor felicitatis aliene. et itro-  
ducitur donū pietatis. Quis enim nul-  
li inuidet. omnib⁹ prodest si pōt. et se-  
quitur secūda uirtus que miserando  
impetrat possessionem celestis regni.  
Quia beati mites et cetera. Tercia petitio  
est. Fiat uoluntas tua. Quasi dicat.  
Opto ut sic fiant homines in terra. si-  
cut angeli sunt in celo. et sic excluditur

Octaua beatitudo

redit ad caput

Regnum celorum.

Possessio terre.

Consolatio

Saturitas

Adeptio misericordie.

Uisio dei.

Appellatio filiorum dei.

ira que impedit cognoscere quod sit uolū-  
tas dei. et introducitur donum sciētie  
que docet equanimiter cōuersari. et in-  
de sequitur tertia uirtus luctus per pec-  
catis propriis et alienis. et impetrat o-  
solationem eternā. Quarta enī pe-  
titio est. Panē nostrū quotidianū da  
nobis hodie. Hoc est omnem abuz qui  
pertinet ad refecionem anime. ita ex-  
cluditur accidia que est fastidiū diuini  
uerbi et ingredit⁹ donum fortitudi-  
nis. Unde propheta ait. Dormitauit  
anima mea pre tediō. confirma me in  
uerbis tuis. Et sequit⁹ quarta uirtus  
scilicet esuries et sitis. hic in presenti de tē-  
porali uel spiritali. et impetrat eterne  
beatitudinis satietatē. Quinta pe-  
titio est. Et dimitte nobis debita nra  
et cetera. et ita large scilicet quod in dādo et dimit-  
tēdo debitum. excludo auariciā. et ita  
introducitur consiliū. quod est. Val-  
de et uende omnia que habes et da pau-  
peribus. et inde acquirit⁹ quinta beati-  
tudo que est misericordia. que impe-  
trat misericordiā dei. Sexta peti-  
tio est. Et ne nos inducas in tēptatio-  
nem. Et est maxime contra gulā. Vñ  
excludit⁹ gula et introducitur donum in-  
tellectus quod est cōtra crapulā. Et  
sequitur sexta uirtus scilicet cōtritiō cor-  
dis. per quam dei uisio impetrat.

Septima petitio ē Sed libera nos  
a malo. hec est contra luxuriā. ⁊ sic ex  
cluditur hoc uicium quod meliores  
apostatat ⁊ etiam sapiētes. ⁊ introdu  
citur donum sapiētie. quia qui sapo  
rem huius gustauerit. a delectatōe lu  
xurie elōgabit. Et sequitur pax q̄ in  
patria erit. Solet queri utrū septē  
dona predicta sint uirtutes. ⁊ dicunt  
quidam q̄ non. ymo sunt bona q̄ ad  
uiuant homines ad faciendum bona  
opera uirtutū. ul' preparāt eos ut sint  
abiles ⁊ ydonei ad recipiēdum grati  
am quam non habent. Sciētia enim ⁊  
sapiētia ⁊ intellectus ⁊ cōsiliū mul  
tum adiuuant uirtutes. ad opa sua p  
agenda. Tamē dicit Aristoteles q̄ sci  
re parum aut nihil ualet ad bñ uiuen  
dum. sed hoc iō dicit. quia scdm eum  
sciētia non est uirtus. nec facit homi  
nem esse bonum. et ipse in predicamē  
tis dicit diuersas species esse uirtutez  
⁊ scientiam. Dicit tamē quidā q̄ illa  
bona non sunt uirtutes que pertinent  
ad speculationem. s. donū sciētiet ⁊ do  
num cōsiliū ⁊ donū intellectū ⁊ donū  
sapiētie. sed sunt quedā bōa data ho  
minibus. sicut donū prophetie. ⁊ iter/  
pretatio sermonū. ⁊ genera linguarū  
dona bona sunt. sed non sunt virtu  
tes. quia multi mali prophetauerunt  
⁊ sermones interpretati sunt. ⁊ diuer  
sis linguis locuti sunt. Nos autē dici  
mus q̄ omnia dona sunt uirtutes. q̄a  
scientia de qua min⁹ uidet⁹ uirt⁹ ē in  
una significatōe. quia sm hoc sciētia  
est uirtus eligēdi faciēda. ut fiant fa  
cienda. Alia at sciētia qua scimus que  
sunt faciēda ⁊ que non faciēda nō ē  
uirt⁹. sed sola electio faciēdoz. Facit  
uirtutem. Timor at quadruplitus

est. Est enim timor naturalis. timor  
seruilis. timor inicalis. ⁊ timor filial'  
uel castus. Timor naturalis ē quo  
homo naturaliter abhorret sibi noci  
ua scdm carnem. ⁊ hunc timorem hnt  
bruta animalia cōmunem cū homini  
bus. Timor seruilis est quo hō per  
rationē uidēs penā sequentē timet. et  
propter illā solā penā abstinēt a ma  
lo non propter aliquē timorē iusticie  
Iste timor bonus est in se. ⁊ hō ē uir  
tus sed sepe uirtutē introducit. Iste  
autem timor seruilis habet duas par  
tes uel duos comites. s. timorē huma  
num ⁊ timorem mundanū. Timor hu  
man⁹ est quo aliq̄s hō timet pelli sue  
Timor mūdānus est quo aliq̄s hō ti  
met damnū rerum tēporaliū. Iste autē  
timores si ex natura surgunt. naturā/  
les sunt. si oriunt⁹ ex rōne. dicuntur ti  
mores seruales. uix tamen pōt contin  
gere q̄ timor mūdānus possit eē sine  
motu rōnis cōtra dānum rerū tēpora  
lum. Si autē propter istos timores  
dimittat bonum ut fiat malum. utiqz  
timor per accidēs mortale peccatū ē.

Timor at inicalis est. s. quo ex vna  
parte timet pena. ex altera pte amat  
iusticia. uirtus est propter amorem iu  
sticie. Timor at castus diuiditur in  
tres partes. s. in timorem separatiōis  
⁊ timorem offense. ⁊ timorē reuerētie

Timor separatiōis est quādo non ti  
met penāz aliquā. sed ex intimo amo  
re timet separari a deo. sicut aliq̄ mu  
lier habēs uirū honestū ⁊ benignum.  
prē nimio amore timet ne recedat ab  
ea. Timor offense est quādo sine om  
ni penā timet hominē offendere deum.  
sicut aliquis habens patrem debilem  
nec potentē punire. tamen timet eū ne

offendat. Timor reuerētie est qñ ali  
quis multam excellentiā alicuiꝝ recol  
ligit in se. ⁊ suā debitā subiectionē ut  
se humiliet sub tāta excellentia. ⁊ iste  
timor erit in patria. Qñ at pietas sit  
uirtus nullꝝ dubitat. Sed uidetꝝ qꝫ  
pietas idē sit qđ mīa. Item uidetꝝ qꝫ  
pietas tm̄ referatꝝ ad proximū ⁊ non  
ad deum. Dicūt tamē quidā qꝫ pieta  
tis donū idem est quod iusticia. quia  
in hoc precipue cōsistit pietas. qꝫ red  
dit honorē deo ⁊ beneficiū proximo

De dono autem cōsiliū dicendum  
est qꝫ cōsiliū donum est datꝝ ho  
mini contra pericula huius mundi.  
et contra pericula carnis et cōtra peri  
cula dyaboli. Et ad hoc donū perti  
net cauere ōnia pericula p̄dicta. Sue  
ritur autē que sit differentia inter do  
num fortitudinis ⁊ uirtutē fortitudi  
nis? Cōstat enim qꝫ fortitudo ē una  
quatuor cardinalium uirtutū. ⁊ dicūt  
quidam qꝫ in hoc solo est differētia  
qꝫ fortitudo que uirtus est tendit ad  
uictoriam. Donū autē fortitudinis  
facit patiēter sustinere aduersa. Sed  
ad presens non inuestigamꝝ utrū di  
uersa sint donū fortitudinis ⁊ uirtus  
fortitudinis an idem. quia non mul  
tum refert an hoc dicatur an illud ad  
bene uiuēdum. Intellectꝝ autem p̄ue  
est donū facit delectari in uirtutibus  
angelorum ⁊ hominum. illasqꝫ facit  
considerari. Sapiētia autem facit de  
lectari in solo deo. ⁊ in his que solꝝ  
dei sunt. ut in bonitate ⁊ dulcedine et  
ueritate dei ⁊ in ipso deo. Unde dici  
tur sapientia quasi sapida sciētia.

De tribus uirtutibꝝ theologice ⁊ de  
quatuor cardinalibus uirtutibus.

Capitulum. octauum.

Reuer hec autē oportet sacer  
dotem scire qꝫ tres sunt uirtu  
tes theologice ⁊ quatuor car  
dinales uirtutes Theologice uirtutes  
sunt. fides. spes. ⁊ caritas. Fides est  
uirtus qua illuminatꝝ anima ad credē  
dum prime ⁊ summe ueritati. Spes ē  
uirtus qua erigitꝝ anima ad summa.  
ut honoretꝝ a summa ⁊ prima largita  
te. Caritas est uirtꝝ qua anima iflam  
matur ad hoc qꝫ cōiungatꝝ ⁊ adhere  
at summe bonitati. Et ad hunc vlti  
mum finem tendūt omnes uirtutes. ⁊  
ideo dicitꝝ caritas m̄ omnium uirtu  
tum. quia ipsa mouetꝝ ⁊ trahit omnia  
opera uirtutū ad suū finem. s. ut fina  
liter quiescat in summa beatitudine.  
Oportet atꝝ sacerdotem scire quid sit  
credendū ⁊ qui sint articuli fidei ut sci  
at instruere penitentē ne maculetꝝ spe  
cie aliqua ydolatrie. uel per sortilegi  
um. uel per maleficium incātationis.  
uel per ueneficiū herbarum ⁊ potionū  
de quibus postea dicitꝝ. qā multi stul  
ti sunt qui se talibus inquināt. Opor  
tet etiā sacerdotē scire qꝫ summa spes  
est ponenda in eternis non in tēpora  
libus. Oportet etiam scire quoniā p  
caritatem sit diligēdus deꝝ. ⁊ quo or  
dine sint diligēdi proximi. Necessa  
ria est etiam sacerdoti sciētia quatu  
or cardinalium uirtutū que sunt. pru  
dentia. iusticia. fortitudo. ⁊ temperā  
tia. ut sciat docere penitentē quō per  
prudentiam discernat inter bonum ⁊  
malum. quō per iusticiam declinet a  
malo ⁊ faciat bonum per fortitudinē  
destruat uicia ⁊ plātet uirtutes. ⁊ per  
abstinentiam precipue uitet gulam ⁊  
luxuriam. Iste autem uirtutes dicun  
tur cardinales quia omnes alie uirtu



tes ad istas referunt. ⁊ circa istas uer-  
santur sicut hostium uersat circa car-  
dinem. Idcirco autē tres theologice di-  
cuntur uirtutes. q̄ solum theologicas  
⁊ catholicis note sunt. quia nunq̄ a/  
pud paganos facta fuit earū mētio.

De circūstantiis peccato /  
rum. Capitulum nonum.

Est hec dicenduz est de circū/  
stantiis peccatorum. sine qui-  
bus sciri nō pōt quātitas pec-  
cati. ⁊ nisi sciāt quātitas peccati non  
potest sciri quāta penitētia alicui pec-  
cato sit iniungenda. Est tamen notā  
dum q̄ q̄dam circūstantie sunt de sub/  
stantia ipsius peccati. ut adulteriū est  
fornicatio. que fit in cōiugata mulie-  
re. Conugiū enim circūstantia est. ex  
quo talis fornicatio fit adulterium.  
Sunt autem alie circūstantie q̄ sunt q̄  
si accidētales. ⁊ quasi a lōge circūstāt  
peccatū ⁊ ipsum aggrauāt uel diminu-  
unt quādoq̄ ut patebit inferis. De q̄  
bus circūstantiis ita describit Aug⁹.  
in libro de penitētia sic dicēs. Consi-  
deret unusquisq̄ qualitatem sui crimi-  
nis. in loco. tēpore. perseverātia. ⁊ ua-  
rietate persone. ⁊ qua hoc fecerit tēp/  
tatione. ⁊ in ipsius uicū multiplici ex-  
ecutione. oportet fornicātem penitere  
sc̄dm stat⁹ excellētiāz aut officiū aut  
sc̄dm nomen meretricis. ⁊ in mō opis  
sui. ⁊ qualiter turpitudinem suā pere-  
gerit. si in loco sacro. aut cui d̄beat  
excellētiā fidei. ut sunt dom⁹ clau-  
strorum. sine tēpore oratōni constitu-  
to. ut sunt festiuitates sc̄oz ⁊ tempo-  
ra ieiunii. Cōsideret quantum perseue-  
rauerit. ⁊ defleat q̄ perseveranter pec-

cauit. ⁊ quāta uirtute uictus fuerit in  
pugnatione. Sunt enim qui nō soluz  
uincunt. sed ultro se peccato offerunt  
nec expectant temptationē. sed preue-  
niunt uoluptatem. Omnis ista varie/  
tas confitēda ē ⁊ deflēda. ut cum cog-  
nouerit quia peccatū est. multum cito  
inuenit deū propiciū in cognoscēdo  
augmentū peccati sui. Inueniat ī se cō-  
etatis fuerit. cuius sapiētie. cui⁹ ordi-  
nis ⁊ statum omnē cōsideret alterius  
non peccantis. Immoret in singulis  
istis ⁊ sentiat modū criminis purgās  
lacrimis omnem quātitatem uicii. de-  
flectat uirtute qua interim caruit. Dolē-  
dum etenim est ⁊ dolore purgādum.  
non solum quia ipse peccauit. s̄ quia  
etiam se uirtute prouauit. Nā licz spe-  
ret se consecuturū ueniā. dolere tñ pōt  
q̄ non promeruerit unde remunerari  
confidat. Anxiet ⁊ doleat q̄ mō mi-  
ser p̄ne expectet gratiā. qui omne tem-  
pus (quoniam breuissimum est) del-  
bit expendisse ad cōsequendum pre-  
mia. Defleat etiam quoniā offendens  
in uno. factus est omnium reus. In/  
gratus enim extitit qui plenus uir-  
tutibus deum omnino non timuit.

In hoc enim peccator quilibet cul-  
pabilior fit. Vnde Adā plus peccauit  
quia omni bono abūdauit. et offen-  
dens in uno. factus est omnium reus  
quia omnis uirtus patit̄ detrimētuz  
ab uno uicio. Vnde omnis uirt⁹ cu-  
i uisubet. cuilibet crimini est deflenda.  
⁊ de omnibus uirtutib⁹ quas unicuz  
uicium fugauit. indulgētia est petēda.  
Animaduertere etiā oportet ⁊ aiad/  
uertendo deflere. animā proximi quā  
deo fornicator eripuit uel ereptam in  
malo cōseruauit ⁊ quod exēplum ex  
b 2

titit in operatione criminis . cui ma/  
gis profuisset si in aliis fuisset cā ouer/  
sionis . Semat ergo aliorū uitā in sua  
uita corruptā . 7 amissum commoduz  
proximi . quod dedisset exēplo bono

Item Augustinus . Caueat spūalis iu/  
dex . sicut non cōmisit crimē nequicie .  
ita non careat munere sciētie . Dportz  
enim ut sciat cognoscere quicquid debe  
at iudicare . Iudiciaria enīz ptās hoc  
expostulat . ut quod debeat iudicare  
discernat diligēs inq̄sitor . subtilis in  
uestigator . sapiēter 7 quasi astute iter  
roget a peccatore . quod forsitā igno  
rat . uel per uerecūdiam uelit occultare

Cognito itaqz crimie . uarietates ei9  
non negligat inuestigare . ut locū . tem  
pus 7c . que supra diximus in exponē  
do eorum qualitatem . Subus cogni  
tis affit benuolus parat9 erigere . 7 se  
cum onus portare . habeat dulcedinē  
in afflictione . pietatē in alterius cri  
mine . discretionē in uarietate . adiuuet  
confitentē orādo 7 elemosinas facien  
do . 7 cetera bona pro eo faciēdo . sem  
per eū iuuat leuādo 7 cōsolādo . spem  
promittēdo . 7 cum opus fuerit incre  
pando . doceat loquēdo . instruat ope  
rando . sit particeps doloris si parti  
ceps uult esse gaudii . doceat perseue  
rantiam que sola meret coronā . Ex  
his uerbis Augustini patet q̄z necessa  
riuz sit sacerdoti scire circūstātiās pec  
catorum . tam ad cognoscēdum quan  
titatem pctōrum q̄z ad sciēdum men  
suram p̄nie iniūgende pro peccatis .

Quedā enim circūstātie augēt pctā .  
quedā diminunt pctā . ut si quis  
fornicet in sacro loco uel ī die scō au  
getur pctm̄ . Similiter si quis furet p̄  
angustia famis diminuit pctm̄ . Cir/  
cumstantie dicunt que circūstāt ip̄am  
substāciam persone uel facti . sicut su  
is nominibus significant . 7 per signi  
ficationem nominis persone uel noīs  
facti aliquid adiuunt . quod nō per  
tinet ad laudē sed ad uituperiū utri  
usqz . ut cum dico . fornicat9 est ī loco  
sacro . uel Ticius sacerdos fornicat9  
est . Per significationē huius nominis  
Ticius uel huius noīs fornicatio cir  
cūstātia sacerdoti 7 circūstātia lo  
ci multum adiuunt . Omnis circū  
stātia s̄m Tulliū attēdit uel ex attri  
butis persone uel ex attribut9 negotio  
Attributa persone dicunt9 omnia acci  
dentia cōsiderata circa personā . ex q/  
bus colligi p̄t aliquid ad pctm̄ gra  
uandum . Attributa negotio sunt om  
nia accidētia que possunt cōsiderari  
circa ipsum negociū . i . circa ipsum ra  
tione ipsius facti non rōne ipsius per  
sone unde possit augmentū peccati cō  
siderari . Suid autē dicat hic persona  
p̄z . homo uidelicz tm̄ . cum soleat dici  
persona rōnabilis creature indiuidui  
essentia . Negociuz at uel factū uel pec  
catum hic dicit9 . omne dictū uel factū  
uel concupitum cōtra legem dei . Sūt  
autem undecim attributa persone . i .  
undecim circūstātie cōsiderande ex p̄  
prietatibus adiacētibus ipsi persone  
uidelicz nomen . natura . uictus . fortu  
na . habitus . affectio . studium . consi  
lia . facta . casus . orōnes . Et he omnes  
circūstātie intelligunt9 per hoc nomē  
quis . Vnde Victorinus philosoph9  
de circūstātiis ait . que notantur hoc  
uersu . Suis . quid . ubi . quibus auxili  
is . cur . quō . quādo . Cetera at circūstā  
tie sex uictorini . scz . quid . ubi . quibus  
auxiliis . cur . quō . quādo . Ubi nume

rantur uicia attributa negotio inferi/  
us parebunt. Illa at̄ circūstantia que  
nomen dicit̄. que attēdit̄. s. ex aliqua  
proprietate nominis uel cognominis  
uel agnois uel prenominis alicui⁹. pa  
rum ualet ad presens negociū. excep  
to q̄ sepe p̄sumptio pōt fieri de ma  
lo cōtra illum qui ab aliqua malicia  
nomen traxit. Naturā autem hīc no  
tamus omnē proprietatē corporis et  
anime a natura humana. non ab ho  
minis industria inditā. Sunt at̄ circū  
stantie persone que in natura accidūt  
sexus. natio. patria. cognatio. etas  
corporis cōmoda et incōmoda a do  
te nature cōsiderata. Similr̄ et i aīo.  
ut acumen et ebetudo ingenii. liberali  
tas uel benignitas. affabilitas. ociosi  
tas. ut cum aliquis gratiosus et p̄p̄  
tus est ad impēdendum aliis obseq̄a  
et beneficia et similia cum quib⁹ et eoz  
contraria intelligunt̄. Sexus. s. utrū  
sit mas uel femina. Natio. s. ut consi  
deret̄ de qua prouincia sit quis ortus  
Patria ut cōsideret̄ de qua ciuitate  
sit quis ortus. Cognatio. ut cōside  
retur quibus maioribus aut consan  
guineis sit quis ortus. Etas. si sit iu  
uenis aut senex. Dotes naturales cor  
poris sunt. ut si sit fortis aut debilis/  
magnus uel paruus. formosus uel dif  
formis. uelox aut tardus. Dotes na  
turales animi sunt. ut si sit acuti inge  
niū aut ebetis ingenii. memor aut obli  
uiosus. prudēs. patiēs. et multa simi  
lia tam s̄m corp⁹ q̄ s̄m animam a na  
tura data. Vict⁹ autem cōsiderat̄ in  
omni illa proprietate quam hō con  
traxit a natura uel ab illis inter quos  
nutrit⁹ ē. uel ab illis quos habet uel  
habuit socios uel familiares uel ami

cos uel doctores uel magistros. Vñ  
ait psalmista. Cuz sancto sc̄is eris cū  
peruerso et̄. In uictu etiā considerat̄  
quomodo quis rem familiarē dispo  
suerit. et qua cōsuetudie domestica sit  
in domo uel in familia Consideratur  
etiā in uictu quo negotio et quo q̄stu  
et quo artificio quis sit occupat⁹. Est  
autem negocium ut mercatura. mili  
tia. agricultura et cetera similia. Sues  
tus ē ut si sit p̄co aut parasit⁹ aut sce  
nic⁹ et cetera s̄ilia. Artificiū ē ut cū q̄s  
aliquam artē liberalē uel mechanicā  
plene cognitā uel exerceat uel doceat.  
ut grāmaticus. orator. rhetor. sutor.  
pellifex. carpentari⁹ et cetera similia  
Ex his autem predictis omnib⁹ plu  
rima peccatorū genera et argumēta p/  
pendi possunt. quia quātum ad circū  
stantiam nature plus peccat qui natu  
raliter est prudens q̄ imprudēs. et ita  
in omnibus aliis aliquid ad augmen  
tum peccati pōt inueniri. Et potest  
preter hec haberi alia utilissima caute  
la q̄ his circūstantiis pōt attendi. ut  
sciat̄ cuiusmodi p̄na persone sit iniū  
genda. alia at̄ penitētia iniūgenda est  
ualens. et alia anglico. alia forti. alia  
debili. alia iuueni. alia seni. et ita de ce  
teris. Similiter in conuictu alia peni  
tentia iniūgenda est agricolē. alia mer  
catori. alia mulci. alia histrioni uel me  
retrici qui in sordido questu uersant̄  
alia oratori. et ita de ceteris. Nūq̄ em̄  
penitētiā bene iniūget qui predictas  
et etiam sequētes uarietates persona  
rum non attēdit. In fortuna autem  
considerat̄ omnis proprietates perso  
ne quam neq̄ nutritura. neq̄ natura  
homini imposuit sed fortuna intrinse  
cus cōtulit. ut sit seruus an liber.

Omnia enim seruitus ortum habuit  
a natura. etiā si quis seruus nascatur  
similiter a fortuna est. si sit diues an  
pauper. priuatus ac in p̄tate constitu-  
tus. ⁊ in iure an in iniuria Verum eti-  
am sic felix an infelix. famosus an in-  
famis. utrum habeat bonos filios ul'  
malos. bonā uel malā uxorē. Nā ha-  
bere filios donum dei est. bonos uel  
malos donum fortune est. Hec autē  
omnia in fortuna considerant. ⁊ plu-  
rimum ualent sicut supradicta ad di-  
stinguēdas quātitates p̄tōruꝝ. ⁊ ad  
inungēdas caute penitēcias. q̄a alia  
penitētia inungēda ē libero. alia ser-  
uo. alia diuiti. alia pauperi. Simili-  
ter plus peccat talis uel talis. uel aliꝝ  
⁊ sic de ceteris. Habitꝝ autē est pro-  
prietas persone per applicationē ⁊ p̄  
industriam adueniens. difficile mobi-  
lis. Affectio est proprietas per ap-  
plicationem ⁊ per industriā adueniēs  
facile mobilis. Affectio siue propri-  
etas anime. siue corporis. siue habitꝝ  
ut habitus dicit uirtus uel sciētia ali-  
qua quam homo usu in se confirma-  
uit. similiter quātum ad corpus. pal-  
lestra. lucta que per usum in homini-  
bus confirmant. Talia enim ⁊ si natu-  
ra dedit uel uictus cōparauit. habitꝝ  
tamen cōfirmauit Unde scire aliquid  
naturale est. scire aliquid plene uirtus  
est. ⁊ ita de aliis. Affectōes tamē vo-  
cat Tullius subitos motus animi uel  
corporis. ex aliqua subita causa ina-  
tos. unde statꝝ hoīs immutat. ut leti-  
cia. tristitia. subita alicuiꝝ rei cōcupi-  
scentia. motus uerecūdia. morbus. de-  
bilitas. que ōnia sicut predicta discre-  
to sacerdoti necessario sunt cōsiderā-  
da. Studium enim est uehemens ani-

mi applicatio ad aliquid agēdum cū  
summa uolūtate. ut cum philosophie  
uel literature studemꝝ. Philosophia  
autem uel grāmatica uel alia quecūq;  
literatura studiū non est. sed ipsa ue-  
hemens ⁊ assidua occupatio ad illaz  
habēdam studium dicit. ⁊ cōtra mul-  
ta talia que scire ⁊ facere desideramus  
assidua applicatio studiꝝ dicit. ⁊ est  
ualde reprehēibile circa rem inuilem  
uel etiam perniciosam esse occupatꝝ  
uel studiosꝝ. Unde de studio ōbent  
inquirere sacerdotes ut ad hōesta stu-  
dia persuadeāt. ⁊ a turpibus studiis  
dehortent. Iste at̄ predictē circūstā-  
tie quodāmodo permixte uident. sed  
si quid uebenēter ⁊ cum magna uolū-  
tate uolumus. studium est. Deinde si  
id quod uolumus ex aliqua pte cōse-  
quimur. affectio est. si at̄ ipsum p̄fec-  
te tenemus. habitꝝ est. Si id ipsꝝ qđ  
perfecte uel imperfecte tenemꝝ exerce-  
re uolumus. uictus est. Ita unꝝ ⁊ idē  
ex diuersa qualitate in diuersas circū-  
stantias conuertit. Consilium est ali-  
quid faciendi uel non faciēdi uera ex-  
cogitatio. Duo enim semp sunt in du-  
bitatione. s. utrum faciamus uel nō fa-  
ciamus illud. Cum at̄ ad alterū faci-  
endum scꝝ uel non faciendū animū lō-  
ga cogitatōe confirmauerimꝝ. consili-  
um est. Vocat̄ ergo hic consiliꝝ ipsa  
animi cōfirmatio ad aliquid faciēdū  
Hec autem circūstantia attendenda sa-  
cerdoti sicut studiū ut honesta preci-  
pian̄ consilia. ⁊ inhonesta prohibeā-  
tur. Facta ergo ⁊ casus ⁊ orōnes q̄  
sunt tria ultima attributa persone in  
sola cōsuetudine considerant. ut cum  
attendit̄ utrum homo sit assuetus ta-  
lia facere. uel utruꝝ sit assuetus dicere

uel talia loqui. uel utrum ex consuetu-  
dine sepe aliquid turpe ei cōtingat ul'  
honestū tanq̄ ex cōsueta fortuna ac-  
cidit. Hec autē tres circūstātie in his  
tribus consuetudinibus cōsistunt. di-  
ligenter attendende sunt. Tum q̄ lon-  
ga cōsuetudo plurimū aggrauat pec-  
catum. tum quia magnopere mala cō-  
sueta uitāda sunt et fugiēda. et omnia  
illa per que in malū consuetum de fa-  
cili possit fieri recidiuū. De attribut'  
negocio. Per quid intelligit' sc̄m. vn-  
de mirabile uidet' quō sit circūstantia  
facti. Sed attendendum est q̄ aliud ē  
illud factum quod presentialiter di-  
iudicat et considerat'. aliud est factuz  
extrinsecum quod est circūstantia illi-  
us peccati quod in presenti discutit'.

Factuz at̄ de quo hic agim⁹. ul' pec-  
catum dicimus. est omne dictum uel  
factum uel cōcupituz contra legē dei  
Talis at̄ facti aliud factum pōt eē cir-  
cumstantia. ut si penitēs confiteat' de  
fornicatione. possunt itelligi alia fac-  
ta precessisse uel uicta fuisse uel subtec-  
ta fuisse. Vnde ipsa fornicatio pōt ag-  
gruari ut p̄ multa oscula. multa ua-  
na colloquia et similia. Vnde Victo-  
rinus ait. Scōru⁹ tria sunt genera. Est  
enim sc̄m de quo questio est. ut p̄ici-  
dium alicuius sc̄z summa facti. et est  
factum quod in negotio ē principali  
quo illud factum de quo questio est  
probat'ur. Et considerat' an sc̄m p̄ici-  
pale. uel in ipso scō ul' cito post. ut o-  
ritus gladium arripuit. ecce enī sc̄m.  
Dehemēter percussit. ecce in principa-  
li scō. sepeliuit in abdito. post princi-  
pale factū. Est terciū factū extra p̄i-  
cipale negotium. ex quo ad id factuz  
de quo questio est. trahit' argumētuz

Hoc factum quod dicit' extra negoti-  
um dicit'. s. cōsuetudo pctōris faciēdi  
similia ut sepe prius hominē occidit  
uel prius consueuit cōmittere sc̄ia q̄ /  
libet criminātia. et talia sc̄a circūstātie  
sunt principalis facti. et aggrauāt ip-  
sum quod principale est. et ita unum  
sc̄m potest esse circūstantia alteri⁹ fac-  
ti id ē peccati. Sed in quo differt  
hoc sc̄m quod hic circūstātia ex cōsue-  
tudine dicit' ab illo scō quod enume-  
rat Tullius inter attributa persone?  
et potest dici q̄ Victorin⁹ hic enūera-  
uit in scō quod Tullius attribuit p̄so-  
ne. Vel potest melius dici q̄ quedam  
facta ex consuetudine adherent aliis  
facti. Per ubi intelligunt' om̄s cir-  
cūstantie que adesse possunt ex loco.  
ut si fuerit locus sacer. uel prophanus  
in quo est factū commissum. uel si fue-  
rit locus celebris uel priuatus. Si fue-  
rit quid turpe sc̄m in domo dñi ul' al-  
terius cui ille qui sc̄m cōmisit debuit  
fidelitatem. si fuerit crimen cōmissum  
in lecto coniugali. Per talia enim cri-  
mina sui erroris augmentum recipit.  
Et per hanc clausulam quibus auxili-  
is intelligitur facultas aliquid facien-  
di sine qua sc̄m fieri non potuit. Et  
possunt quidem tam tempus q̄ loc⁹  
et cetera circūstantie si sine qualitatib⁹  
suis cōsiderentur esse facultates alicu-  
ius facti sine quibus factū fieri nō po-  
tuit. Preterea ipse oportunitates  
temporum uel locorum possunt eē fa-  
cultates per quas sc̄m fieri citius po-  
tuit et facili⁹. Considerari debēt facul-  
tates facti. ut si armatus occidit mer-  
mem uel si forte uenenum proposuit.  
quo citius et facilius possit occidi.

Item si habuit socios ad faciēdum

scelus suum. scz homicidium. furtum. adulterium. quorū auxilio facilis potuit crimen suū committere. ⁊ si socios illos inuitauit ⁊ perq̄ sunt ad scelus suum cōplendum. omnū eoz animas occidit. quos sibi ad cōfortium ⁊ ad commissum criminis illexit.

¶ Per cur intelligit̄ causa peccandi. per quam factum ipsuz magis ul̄ minus aggrauat̄. Et licet multe sint cause. tamen hic specialiter due cōsiderātur. s. causa impulsua ⁊ causa rōcinatiua. Causa impulsua que subito natura impellit hominem ad aliquod scelus. ut ebrietas. ira. amor. forma mulieris. fames. sitis. nuditas. Cā rōcinatiua est causa finalis propter quaz aliquid fit. ita q̄ per magnam deliberationem ⁊ prouidētiam illa causa finalis diu preuisa est. ut si fecit furtum propter ampliandā substāciam suam uel destruēdum uicinum suum ⁊ similia. De autē cause plurimū distinguūt maleficium. Leuiores enim sunt que repentino animi motu accidūt q̄ q̄ premeditata inferunt̄ iniuria. Vnde Gregorius. Sui ex iudicio mala faciunt. districtius erga se iudicium attēdant tardius enī p̄t̄m soluitur quod per consiliū solidat̄. facile enim a domino remittitur temeritas precipitatio. apud quem difficile curatur studii iniquitas. Vnde ⁊ Dauid min⁹ peccas̄ se uidet̄ per subitum adulterii cōmissum cum Bersabee. q̄ si lōgo cōsilio ⁊ multo studio deliberasset. minusq̄ peccare uideretur qui cum pulera muliere fornicat̄ quem species ad fornicandum cōpellit. q̄ ille qui cum muliere turpi fornicat̄. quem nulla cā impulsua ad hoc impulit. nisi sola iniquitas

mentis. Diligenter etiā attendende sunt cause propter quas p̄t̄m committitur. Vnde minus peccat qui propter alendum patrem furat̄. q̄ ille qui furatur ut uoluptuose uiuat. ⁊ ita de ceteris intellige. ¶ Per quō intelligitur modus facti. hec autem circūstantia plurimum considerāda est. q̄a turpis modus facti plurimū aggrauat ⁊ deformat ipsum factū. ut si quis peruerat usum nature dormiēdo cum muliere. Similiter cum dormientes in p̄ditione occidat cuz se defendere nō possit. ul̄ si lōgo cruciatu aliquē occidat uel torqueat ad saturādum odiū suū.

¶ In modo autē duo cōsiderāda sunt scz quēadmodum res facta sit occulte scz uel manifeste. ¶ Plurimum enim odit dñs publicationē peccati. quia ipsum p̄t̄m occulte commissum unicam animā occidit uel duas. s. animā agentis ⁊ animā patientis. ⁊ in turpitudine cōsentientis. ¶ Publicatio uero peccati omnes uidētes ⁊ concipientes corrūpit. ⁊ exemplū est ut ipsum peccatum in malo sequatur. quia procliuor usus ī peiora dat̄. faciles ul̄ dociles imitandis turpibus sumus oēs ⁊ prauis. Discit enim citius meminisse q̄ libentis illud. Quod quis deridet q̄ quod probat ⁊ uenerat̄. ¶ Malum ergo est peccare opere ⁊ exēplo. q̄a p̄niciosum exēplū duo mala facit. Corruptit enim alios per imitationē. et sepe cōturbat per scādalum. Similiter diligētē attendendum est quo animo turpitudinem suam quis commiserit. utrum sciētē ⁊ prudētē. an imprudētē ⁊ insciētē. ¶ Odiosum ē deo cum dicitur. Video meliora proboḡ deteriora sequor. ¶ Plurimū enim de-

nota

linquit qui sciēter ⁊ prudēter cadit.  
Si uero imprudēter id ē perturbata rō  
ne casu aliquo. scelus suum cōmittit.  
multominus peccat q̄ si ex certa scien  
tia ⁊ animo stabilito idipsum cōmit  
teret. Vnde si quis tibi iniuriā infer  
ret. ⁊ tu incōtinenti iniuriā illatam re  
pelleres. uel maleficio flagrāte alteraz  
iniuriā redderes. minus peccares q̄ si  
longo tempore post animo sedato iā  
iniuriam uindicares. Hic enim mani  
festum odium te ad malum induceret  
ibi uehēmēs animi cōmotio. ⁊ ex recē  
ti calore perturbatio te ad malū im  
pelleret. Per tēpus intelligit ⁊ ip  
sa mora in p̄ctō facta. ⁊ omnis ipor  
tunitas uel oportunitas tēporis ad  
deformanduz p̄ctm ydonea. ut si cri  
men fuerit cōmissuz in die festo. ⁊ quo  
festo. si etiā in illo tēpore indictū fue  
rit xp̄ianis ieiunū ⁊ abstinētia. si eti  
am in illa hora in qua missa celebrat̄  
quia multū delinquit qui saltem illaz  
horam non uenerat. in qua corp̄ xp̄i  
consecrat̄. licet enim omni tēpore pec  
catum sit prohibitū. sunt tamen que  
dam tēpora ⁊ quedā hore diei. speci  
alem habētes prohibitionem. Vnde  
plurimum oportet grauari peccatum  
nec solum inquirendū quid mali fece  
rit in illa die uel in illa hora. sed qd̄  
bonum etiā obmiserit. ad quod tali  
die uel hora tenebat̄ adesse. ut si mis  
sas uel horas debitas nō audiuit. Si  
ad statutas peregrinatōes non acces  
sit. si debitas oblationes diebz statu  
tis non exsoluit. Adora tamē peccati  
⁊ omnis peccati iteratio plurimū ag  
grauant peccatuz. quia si quis iterat  
fornicationē uel adulterū uel aliquid  
tale non min⁹ peccat in secūda uice q̄

in prima. nec in tertia q̄ in secūda uel  
prima. sed forte maius propter maio  
rem contemptū. Si pro primo concu  
biti debet̄ alicui septēnis penitentia.  
quid inunget̄ ei pro secūdo uel tercō  
uel pro quarto uel millesimo. Eredūt  
miseri penitentiam primo peccato de  
bitam sufficere ad satisfacienduz pro  
omnibus sequentibus. non attenden  
tes q̄ ille qui diu in peccato iacuit. to  
tum illud tēpus deo subtrahit. ⁊ deo  
tantūdem restituere tenet̄. Quando tā  
tum restituet cum hoc presens tēpus  
penitentie non possit de iure cōputari  
in solutionē criminis? Si terreno do  
mino subtraxisti opus unius diei. re  
stitues ei illud opus. nihilomin⁹ per  
solues alia opera sequētia. ⁊ siml̄ sa  
tisfacies de misericordia. quare dete  
rior erit conditio dei q̄ hoīs? Quis  
a deo audet tollere quod de omni iu  
re nouerit ei competere? Sedulo ergo  
⁊ diligēter operetur penitens nūc. q̄  
in tempore sequēti tenet̄ omnia ope  
ra que nunc in priori tēpore domino  
subtrahit restituere. ⁊ postea de mise  
ricordia dñi ei satisfacere. ⁊ nihilomi  
nus plena opera sequēti tempore de  
bita plene perficere. Preterea q̄ diu  
iacuit in peccato. ubi cōputruit quasi  
in stercore suo. sciat se peiorē sūm fuis  
se. ⁊ uulnus peccati grauius effectum  
quia sero medicina parat̄. Cum mala  
perlōgas inualuere moras. Opprime  
dū noua sunt. subiti mala semina mor  
bi. Homum quod putrefieri incipit.  
impossibile est per moram non āpli  
us putrefieri. Humanum est peccare.  
sed dyabolicum est perseuerare. Qui  
diu confiteri distulit. diu contemnere  
uoluit. quod sine magno peccati aug

*visus nō de longitudo*

mento fieri non potuit. Unde sera pe-  
nitentia grauiori oueranda est pena.  
Peccatum enim quod per penitētia  
non diluitur. mox suo pōdere ad ali-  
ud trahit. et sua putredine magis inq-  
nat. Adoneat ergo penitēs. ut si itez  
peccauerit. statim peniteat. ut probet  
se potius peccasse per obreptionez q̄  
per deliberationem et perseverādi in-  
tentionem. Solet etiā alia circūstātia  
temporis singularius assignari. scilicet  
que occasio dicit. puta oportunitas  
aliquid faciendi ex actibus hominū  
nata. ut tempus messium. quādo omnes  
fere sunt in agro. tēpus feriaz. quan-  
do fere sunt in tēplo. tēpus nūdinaz  
quādo fere omnes sunt in nūdinis. Si-  
militer specialiter considerant nuptie  
alicuius. funus familiare uel cōiuuiū.  
Ex tali circūstātia si forte nascentur  
augmenta peccatoꝝ. inquirent. s; cer-  
tum est q̄ plurime nascentur coniecture  
argumentorum.

De irregularitate Capi. decimū.

Sicut supra dēn ē oportet sa-  
cerdote non solū attēdere ge-  
nera peccatoꝝ et circūstācias  
eorum. sed etiam irregularitatem. Est  
autem irregularitas indignitas alicui-  
us persone. propter quam repellitur  
ab ordinibus. uel ab officiis diuinis  
uel a legitimis actibus. ut a testimo-  
nio. uel ab accusatione. Et contrahit  
talis irregularitas quāq; a statu cor-  
poris. ut si fuerit quis uiciatus corpo-  
re per diminutionez mēbroꝝ. uel del-  
formitatem eorum. Insuper quando  
aliquis nascitur seruus ex origine ir-  
regularis est. nisi redigat in libertatē  
Quādoq; cōtrahit ex ipso genere fac-

ti sine omni peccato. ut si iudex fures  
occidit ab ipso ablatū et captū. irregu-  
laris est et non peccat. Similiter si qs  
cōtrahat cum uidua uel duas habu-  
it uxores quod dicit bigamia. irregu-  
laris est quantū ad ordines suscipien-  
dos. Contrahit irregularitas ex in-  
famia. ut autem sciat quid sit infamia  
oportet scire quid sit fama. Est autez  
fama status illese dignitatis moribz  
et legibus cōprobatas. cuius merito  
ea quis pōt. que libero homini sunt  
cōcessa. Satum illese dignitatis dici-  
mus quem habet homo eo q̄ est dig-  
nissima creaturarum. Si at hunc sta-  
tum ledit aliquo enormi facto. infam-  
is efficit. et si semel infamis est nisi re-  
stituat ad famā quod fieri pōt in ali-  
quibus casibus nō potest admitti ad  
sacros ordines uel ad legitimos actz  
Oportet tñ q̄ infamia nascat per eui-  
dentiam uel per sentēciam. ut si aliqs  
pugil fuerit. per facti euidēciam in-  
famis est. Similiter et notori9 leno et  
scurra. Tales em̄ ad ordines non pnt  
admitti. Similr si conuincit quis de  
furto. uel adulterio per sentēciaz iudi-  
cis. efficit infamis. nec pōt decetero  
ordinari. Si at occulta sint talia leuia  
peccata. non propter hoc repellit q̄s  
ab ordinibz. Sui at sint infames ostē-  
dit canō sic dicēs Infames personas  
esse dicim9 qui pro aliqua culpa no-  
tantur. qui xpiane religionis norma  
abiciunt. et statuta ecclesiastica otem-  
nunt. similiter fures. sacrilegos. et om-  
nibus capitalibus criminibz irretitos  
sepulcroꝝ quoq; uiolatoes. et oēs q  
aduersus patrē armātur. qui in omni  
mūdo infamia notant. et silititer inces-  
tuosos homicidas. periuros. raptol-



res. maleficos. adulteros. ueneficos. de bellis publicis fugientes. et qui indigna sibi petunt loca tenere. aut facultates ecclesie auferunt iniuste. et qui fratres calūniantur. aut accusant et non probant. et qui contra innocētes principū animum ad iracūdiā prouocant. et omnes anathematizatos pro suis scriberibus ab ecclesia repulsos. et omnes quos ecclesiastice uel seculares leges infames pronūciāt. Hi nimirū omnes nec serui aīe legitimam libertatē. nec penitentes. nec bigami. nec illi qui curie deseruiunt. uel non sunt integri corpore aut sanā mētem non habēt. aut intellectum. aut decretis patrū inobedientes existunt. aut furiosi manifestātur. Hi omnes in quā nec ad sacros ordines debēt prouehi. nec liberti nec recitam fidem uel dignā cōuersationē habentes summos sacerdotes pnt accusare. nec ad accusationē seu ad testimonium recipi possunt.

Propōnda sunt quedā huius canonis uerba. Quae enim dicitur in principio qui pro aliqua culpa notantur infames esse. intelligendum est per sententiam iudicis uel per facti euidentiā. Illi etiā normam xpiane religionis abiiciunt. qui apostate sunt uel heretici. Similiter intelligere debemus fures. sacrilegos uictos uel confessos si conuicti sunt. latrones sunt publici. Similiter irretitos capitalibus criminibus intelligimus conuictos uel notorios. et ita de aliis. Per illos qui in patre armantur. intelligimus scismaticos uel etiam qui corporaliter patres cōsequuntur dūmodo conuicti uel manifesti sunt. Per illos autē qui fugiunt de publicis bellis. intelligimus qui iuramento

militie sunt astricti. Per illos uero qui petunt sibi indigna loca tenere. intelligimus symoniacos. qui non solum ab ordinibus repelluntur. sed etiā beneficiis spoliantur. siue cum sint occulti uel manifesti. ut postea dicitur pleni. Calumniatores dicuntur fratrum. qui in iudicio falsa excogitata sententia. fratri crimen imponunt ad eius cōdemnationē. Per uariatores sunt qui uera crimina cum possunt et debeant propalare. scilicet abscondunt. Tergiuersatores uero dicuntur qui proposito crimine in iudicio licet probare possint in iudicio. in uniuersum tamē ab accusatōe recedunt et possunt dici calūnatores qui per mendacia animos principū instigant contra subditos. qui si notori sunt. infames sunt. Sed dubium est cum hic dicitur quod omnes excōmunicati infames sunt et a sacris ordinibus repellēdi. quod multi cōcedunt dūmodo iuste excōmunicati sunt. et ordine iudiciario et pro culpa sua. dicunt tamen quidam quod in hoc excōsuetudine ecclesie quantum ad dictum articulum derogatum sit canoni. Quae autem hic dicitur. quod omnes illi infames sunt in ecclesia quos leges seculares infames pronūciāt. bene cōcedimus. excepto unico casu. scilicet quando nubet mulier infra tempus luctus. qui a se ecclesia infamis non est talis mulier. Illi autem qui curie deseruiunt. dicuntur ministri qui exerceant seua in curiis principum. ut in mutilatione membrorum uel in suspensione hominum. uel etiā illi qui dicunt talia seua uel scribunt ad exercenda. Omnes enim tales irregulares sunt. Quod enim sequitur de furiosis uel qui non habent sanam mentē. intelligendum est de illis quorum furor aīa diu cōfirma

tus fuit. Tales autē irregulares sunt. non infamia aliqua. sed pro pena sua. ⁊ pro scādalo. Scādalum enim est; si ille qui diu furiosus fuit celebraret in altari. quia timeri posset reciduum.

De dispensatione cuiusdā irregularitatis. Capitulum undecimum

Tem notandum q̄ in quibusdam irregularitatibus potest fieri dispensatio. in quibusdā nō ⁊ in quibusdam sufficit sola suspitio ad repellendū aliquem. Non tamen in omnibus sed in fide sola. Vñ dicitur in predicto canone. q̄ suspecti in fide nō possunt accusare ⁊ testimonium ferre. Favorabilis enim est causa fidei. unde licet suspectus sit quis uel pro furto uel pro adulterio uel similibus. non tamen repellitur a legitimis. Si suspectus sit in fide ante purgationē nō admittitur uel ad accusandū uel ad testificandū. In quibusdā irregularitatibus potest fieri dispensatio. in quibusdam non. Canones oportet cōsultare. Si autē aliquis irregularis fuerit propter corporis uicium. uel propter horrorem sanguinis. uel propter bigamiam. uel propter solēnem p̄niam. non potest fieri ei dispensatio. neq; etiā si irregularis propter symoniam fuerit. Si tamen propter seruitutē irregularis fuerit. potest ei libertas restitui. quia naturaliter sumus omnes liberi. ⁊ restituta libertate irregularis nō est. Si autē propter infamiā fuerit irregularis. sciendum est q̄ infamiā facti nullus abolere potest. infamiā iuris bñ potest abolere. uel iudex secularis uel ecclesiasticus. Est autē infamia facti quādo ali-

quis infamatus dicitur q̄ est in ore omnium. ⁊ hec infamia potius deberet dici infamatio. Ista infamia nunquā facit irregularitatē. Sed est infamia iuris q̄ fit per sententiā latam in iudicio uel facti euidētiā. in quo casu ius dicit hominem esse infamem. ⁊ hāc potest iudex ecclesiasticus uel secularis restituere. ⁊ in hoc casu dicitur homo infamis non infamatus. Si ergo fuerit infamis ⁊ ita irregularis propter infamiā. bñ potest fieri restitutio fame. nō per simplicem sacerdotem sed per prelatum. Similiter si fuerit seruus ex origine per solam uolūtatem uel uocē domini sui potest fieri liber. ⁊ omnis aufert irregularitas. Si tamen aliquis tacita seruitute sua ordinatus fuerit episcopo suo ignorante. ordines suos furatus ē nec in eis sine licētia domini sui celebrabit. sed trahetur iterum in seruitutē. saluo tamen honore ⁊ dignitate ordinis sui quem suscepit. ⁊ seruiat dñō suo in obsequiis honestis ne uideatur dignitas ordinis. Si autē scuit dñs seruū suum accedere ad ordines ⁊ non contraxerit. non potest eum repetere in seruitutem. Tamen sciendum q̄ omnes illegitimi nati irregulares dicuntur. ⁊ non possunt admitti ad sacros ordines si ne episcopi dispensatōe. In quibusdam tamen regionibus per contrariā consuetudinem non sunt irregulares illegitimi uel naturales filii. nisi sint filii sacerdotum uel de incestuoso cōcubitu uel adulterio nati. Tales enim si tacite se faciant ordiari. peccāt mortaliter. Dicitur autē in canōe filii naturales quos sola natura genuit sine cōiugii honestate. Spuriū autem dicitur qui de incestuoso uel adulterino cōcubitu sunt

nati. et dicunt quasi sputo accēdi. Verum tamē dubiū est de illo qui genitus est in adulterio occulte. et ipse tñ bene sciat qd est adulterius. utrū peccz mortaliter se permittēdo ordiari. et est maior dubitatio si patri putatiuo succedat in hereditate et iniuriā faciat fratri suo minori legitimo. ipsum ab hereditate que sua de iure est expellēdo. utrum possit saluare animā suam retinendo. sed de hoc inferius dicet.

De symonia et irregularitate eius.  
Capitulū duodecimū

Tem notādum qd irregularitas symonie siue fuerit symonia occulta siue manifesta. nunq̄ pōt restitui ad regularitatem. propter detestabile symonie crimen. ita tamen si fuerit symonia de scientia recipientis. Si em̄ p̄ emat filio ignorati beneficiū non efficit filio irregularis. nec tamē potest retinere bñficiū. quia illud beneficium est q̄si res furtiua. Res autem furtiua in se uiciofa est. quia semper adheret ei uicium. etiam si peruenerit ad cētēsīmā manū. Vñ res furtiua nunq̄ pōt licite tēneri. si detegat uicium possidēti. donec purgetur uicium per restitutōem debitam. Item notādum qd quedā irregularitates tolluntur in baptismo. q̄dam non. Fuit at̄ cōtrouersia inde inter Augustinū et Hieronimū. Dixit em̄ Hieronimus qd per baptismū tolleretur omnis irregularitas bigamie. Vñ s̄m ipsum si aliquis fuerit maritus uide et duas uxores habuit ante baptismum. non fuit irregularis p̄ baptismum. Beatus at̄ Aug⁹ cui⁹ etiā preualuit sentētia dicebat qd i baptismal

te nihil tollitur nisi p̄ctm̄ uel sequela peccati. Bigamia at̄ nunq̄ fuit p̄ctm̄ uel eius sequela. et id̄ etiā post baptismum ille qui plures duxit uxores. remanet bigamus et irregularis. similiter si aliquem occiderit. et ita fiat infamis. licet postea baptiset nō tollitur irregularitas propter horrorē sanguinis. Si autem nascatur irregularitas ex crimie ut ex furto uel adulterio qd aliquis cōmisit ante baptismū. criminis talis tollitur irregularitas i baptismo. sed quia seruit⁹ nunq̄ fuit peccatum. ideo per baptismū non tollit irregularitas seruitutis. neq̄ ipsa seruitus. Vnde precipit Apostol⁹ qd serui etiam p̄ baptismū obedire debent dñs suis.

De irregularitate homicidii.  
Capitulum. xii.

Tem ad perpēdendū irregularitatem sanguinis sciendū est qd homicidii quoddā est uoluntarium. quoddā inuitū. quoddam casuale. Si aliquis homicidii uolūtarium commiserit. semper irregularis permanebit. nec in sacris ordinibus ministrare poterit. nec etiā ab irregularitate excusat. Si pugnādo p̄ fide paganū uolūtarie occiderit. etiā irregularis permanebit. Si autē inuitus aliquem occiderit. ut in defensiōe proprii corporis. ibi quidam distinguunt dicētes qd si aliter euadere potuit et sciuit hoc. semp̄ irregularis erit. Alii autē meli⁹ distinguūt dicētes. qd aliud est se defendere. aliud ulcisci se. Ille se defendit qui arma sua oppōit cōtra hostem. ut uibrādo gladiū. uel opponendo lanceaz. et in tali casu ipse

occidit se. qui irruit in arma defendē/  
tis. nō ille occidit qui taliter se defen/  
dit. ⁊ iō nullo mō irregularis est. De  
casuali autē homicidio hoc sciēdum  
est q̄ duo exigunt ad excusationem.  
scz q̄ qui casualiter occidit. operā ap/  
ponat operi necessario. ⁊ omnē dilige/  
tiā quam potest ⁊ debet adhibeat. ne  
aliquis occidat. si alterum defuerit ir/  
regularis efficit. Verbi gratia. si de/  
ricus iactat sagittā. cum ad eius non  
pertineat officium arcum tractare. li/  
cet diligētiam apponat clamādo ⁊ p̄/  
muniendo. tamē irregularis efficitur.  
Si uero operā adhibeat operi necessa/  
rio. ut nociuā arborē succidēdo. nec  
premuniat trāseūtes. irregularis effici/  
tur in perpetuū si aliquis occidatur.  
Si uero premuniat i opere necessario  
non efficit irregularis. quia hoc op̄  
licitum est ⁊ necessarium. siue qs adhi/  
beat operā operi necessario. ut purgā/  
do ortum suū inde lapides eiciendo  
⁊ transeūtes premuniat. licet aliqs se  
stulte ibi occultauerit ⁊ occidat. ille ta/  
men qui lapides iacit non efficit irre/  
gularis. Item notādum q̄ Moyses  
determinauit in leuitico omnia il/  
la uicia corporis ex quibus aliqs fit  
irregularis dicens ad aarō. hō de se/  
mine tuo per familias q̄ habuerit ma/  
culam non offeret panē deo. nec acce/  
det ad ministeriū ei⁹. ūde ⁊ repēte sub/  
iūgit. si cec⁹ fuerit si claud⁹ si puo ul/  
grandi naso uel etiā torto. si fracto  
pede si man⁹. si gibbos⁹. si lipp⁹. si al/  
buginem habens in oculo. si iugē sca/  
biem. si impetiginē in corpore. si pon/  
derosus. De omnibus istis ad literaz  
sic intelligēdum. q̄ si generent defor/  
mitates omnes faciunt irregularitatē

ut si fuerit aliqs ex toto cec⁹. in perpe/  
tuū irregularis ē Si uero fuerit cec⁹ in  
uno oculo. nisi oculus sit erutus. non  
propter hoc erit irregularis. De lipp/  
tudine autem que fit quādo pupilla  
oculi est alba. ⁊ de albugie que fit quā/  
oculus alba teca est uelaty. Et de par/  
uo uel grādi uel distorto naso. hic sci/  
endum est q̄ si fuerit tanta deformi/  
tas q̄ facies hominis potius uideat/  
beluina q̄ humana. irregularis ē Sui/  
tale corporis habet uiciū. ut si palpe/  
bre ita sunt excoriate q̄ oculus nō ap/  
pareat. ⁊ si homo potius uideat ha/  
bere simie nasum q̄ hominis irregula/  
ris est. De claudo autem ⁊ fracto pe/  
de idem est iudiciū. quia si non possit  
circuire altare sine baculo uel alicuius  
instrumenti adiutorio. irregularis est  
Similiter si gibbositas uel iugis sca/  
bies uel impetigo. quia ista deturpāt  
formam humanam ⁊ offendūt aspec/  
tum hominum. sicut forma mōstruo/  
sa faciūt irregularitatē. ⁊ ponderosi/  
tas autē que hirma dicitur que ex rup/  
tura descendit in uiscera in pelliculā ge/  
nitalium. si tāta fuerit q̄ hō diu stare  
non poterit sine periculo casus. repel/  
lit hominē a sacris ordinib⁹. Verūta/  
men si quis amiserit uirdia sua sine cul/  
pa sua. ut per cōsiliū medicorū. uel  
per uiolentiam hostiū. non propter  
hoc irregularis efficit. Si uero aliqs  
sibimetipsi manum ingesserit. ⁊ aliqd  
membrum amputauerit. quia dei crea/  
turā deformauit. ⁊ se in periculū mor/  
tis misit. irregularis efficit. Tamē in  
historiis legit q̄ beatus Adarcus sibi  
pollicem precidit ne fieret ep̄s. ⁊ Ori/  
genes abscedit uirdia ne infestaret a li/  
bidine. ⁊ postea sunt ad ordinū digl/

nitatem promoti Sed exēpla scōruz  
que priuilegiata sunt. ad communes  
usus non sunt trabēda. De lesione at  
manuum uel digitorum sciendum est  
q̄ oportet manus habere integras cū  
debito numero digitoꝝ. ne offēdat  
aspectus intuentium. ita tamen q̄ di  
giti sufficiāt hostiam tenere. ⁊ debito  
more tractare. aliter ei esset irregularis

Sciendum q̄ beatus Gregorius o  
nia predicta corporis uicia ex  
ponit iustice hoc modo. Ecce quip  
pe est qui superne lucis cōtemplatio  
nem ignorat. qui p̄ntis uite tenebris  
pressus. duz uenturā lucē nequaquā di  
ligendo cōspicit. quo gressuz dirigat  
nescit. Hinc em̄ Anna prophētate i li  
bro regum. Pedes scōꝝ ⁊c. Claudus  
uero qui quidē quo p̄gere debz aspi  
cit. sed per infirmitatē mētis uiaz uite  
perfecte tenere non ualet quam uidet.  
quia uidelicet ad uirtutis statū dū fir  
ma cōsuetudine quis non erigit quo  
desiderium non innititur illuc gres  
sus operis non sequuntur. Hinc em̄  
est q̄ Paulus dicit ad Hebr. xii. Re  
missas manus ⁊ dissoluta genua eri  
gite. ⁊ gressus rectos facite pedibus  
uestris. ut non claudicās erret q̄s. ma  
gis autem sanet. Haruo autēz naso  
est q̄ ad tenēdam discretionē ydonez  
non est. Naso quippe odores fetores  
q̄ discernimus Recte ergo per nasum  
discretio exprimitur per quaz uirtutes  
eligimus delicta reprobamus. Vnde  
in laude sp̄ose dicit in cāticis Nasus  
tuus sicut turris que est in libano. q̄  
nimirum sancta ecclesia que ex causis  
singulis tēptamenta producit per dis  
cretionem cōspicit. ⁊ uētura uicioruz  
bella ex alto deprehēdit Sed sunt nō

nulli. qui tā nolūt estimari ebetes. et se  
pe in quibusdaz inq̄sitionibz plus q̄  
necessē est se exercētes. ex nimia subtili  
tate fallunt. Vnde hic quoq̄ subdit.  
uel grandi uel distorto naso. Nasus  
etenim grandis uel distortus est dis  
cretionis subtilitas immoderata. que  
dum plus q̄ decet excreuerit. actiōis  
sue rectitudinē cōfundit. Fracto at  
pede uel manu est. qui uia dñi omni  
no pergere non ualet. atq̄ a bonis ac  
tibus funditus exfors uacat. quatinz  
hic non ut claudus saltum cum infir  
mitate teneat. sed ab his omnino alie  
nus existat. Sibbōsus uero est quez  
terrene cupidinis uel sollicitudinis pō  
dus deprimit. ne unq̄ ad superna res  
piciat. sed his solis que in infimis cal  
cantur intēdat. qui etsi aliquādo bo  
nuz aliquod ex patria celesti audie  
rit. ad hoc nimirum peruerse cōsueu  
dimis pōdere pregrauatus. cordis fa  
ciem non attollit. quia cogitatōis sta  
tum ad superna erigere non ualet. quē  
terrene usus sollicitudinis curuum te  
net. Ex horum quippe specie psalmi  
sta dicit. Incuruatz ⁊ humiliatz usq̄  
quaq̄. Suorum enim culpā per semet  
ipsam ueritas reprobās ait in Luca.  
Semē autē quod in sp̄inis cecidit. hi  
sunt qui uerbū dei audiunt. ⁊ a sollici  
tudimbus ⁊ a diuitiis suffocati. non  
referunt fructum. Lippus uero ē cu  
ius quidē ingeniu ad cognitōem veri  
tatis emicat. sed hic carnalia opa ob  
scurant. In lippis quidē oculis pupil  
le sane sunt. sed humore defluēte infir  
mitatis palpebre groscescunt. quorū  
quidem quia infusione crebra atterū  
tur. etiaz pupille acies uiciat. Et sunt  
nonnulli quoruz sensum carnalis uite

operatio sauciat. qui uidere recta subtiliter per ingenium poterant. sed usu prauorum actuum caligant. Lippus quidem est cuius sensum natura exauit. sed prauitas conuersationis confundit. Cui bene per angelum dicitur in apocalypsi. Collirio inunge oculos tuos ut uideas Collirio. quippe oculos ut uideamus inungimus cum ad cognoscendam ueri luminis claritatem intellectus nostri aciem. bone operationis medicamine adiuuamus. Albuginem uero habet in oculo. qui ueritatis lumen uidere non sinitur. quia arrogancia sapientie siue iusticie cecat. Supilla namque oculi nigra uidet. albuginem tolerans. quia uidelicet sensus humane cogitationis si se stultum. peccatorumque intelligit. cogitationem intime claritatis apprehendit. Si autem sibi cadorem iusticie siue sapientie apprehendisse existimat. a luce se superne cognitionis excludit. et eo claritate ueri luminis nequaquam penetrat quo se apud se per arroganciam exaltat. Sicut in quibusdam dicitur in epistola ad Romanos. dicentes enim se sapientes. stulti facti sunt. Jugem uero habet scabiem. cui carnis petulantia sine cessatione dominat. In scabiem enim feruor ad cutem trahit. per quem luxuria designat. quia si cordis temptatio usque ad operationem profilit. nimirum feruor intusus usque ad cutis scabiem prorumpit. et foris iam corpus sauciat. quod dum in cogitatione uoluptas non reprimitur. etiam in actione dominat. Sicut si enim cutis pruriginem Saulus curabat abstergere cum dicebat ad Corinthios. Temptatio uos non apprehendat nisi humana. ac si aperte diceret. Humanum quippe est temptationem

in corpore perpeti. dyabolicum uero temptationis certamine in operatione superari. Impetiginem quoque habet in corpore perpeti. quisquis auaricia nascitur in mente. que si in uis non compescit. nimirum sine mensura dilatur. Impetigo quoque sine dolore corpus occupat. et absque tedio occupati se exercens. membrorum decorem fedat. quia et auaricia animum dum quasi delectat exuberat. dum adipiscenda queque negocia cogitationem obicit. ad inimicicias accedit. et dolorem in uulnere non facit. quia estuati animo ex culpa abundantiam promittit. sed decor membrorum perdit. quia aliam quoque uirtutum decor per hanc deprauatur et quasi totum corpus exasperat. quod per uniuersa uicia animam supplantat. Saulo attestante qui ait ad Thimotheum. Radix omnium malorum est cupiditas. Sonderosus est qui turpitudinem non exercet opere. sed tamen ab hac cogitatione otinue sine moderatone grauat in mente. qui dum usque ad opus nefarium nequaquam rapit. tamen delectatur. Viciuum namque poterosus est. ubi humor ut scize ad uirilia labit que profecto cum molestia decoris intumescit. Sonderosus ergo est qui totis cogitationibus ad lasciuam defluens potius turpitudinis gestat in corde. et quis non exerceat praua opera. ab his tamen non eleuat in mente nec ad usus boni operis in aperto ualet assurgere quia grauat hunc in abscondito opus turpe. Sicut ergo quolibet horum uicio subdit. panes offerre domino prohibet nec profecto diluere aliena delicta ualet is quem adhuc propria deuastat. Videt per predicta quod sicut in uete

ri lege predicta uicia corporis irregu-  
laritatem faciebāt perpetuā. ita in no-  
ua lege spūalia uicia ipsis significata  
perpetuā facere debeāt irregularitatē  
sed non oportet quia corporalia ui-  
cia deleri non pnt. sed spūalia ppter  
misericordiā delent. ⁊ ita i quibusdā  
eorum sicut dictum est fieri pōt resti-  
tutio. Veritamen aliquis habēs pre-  
dicta uicia. peccat mortaliter si se per-  
mittit in illis ordinari. ⁊ si tal' existēs  
ministrat in susceptis ordinibus. non  
est deo acceptū suū ministerium. q̄a si  
cut dicit beatus Gregorius. Cum is q̄  
displicet ad intercedendū mittit. irati-  
iudicis animus ad deteriora puocatur.  
Sed hic attendendum est q̄ ma-  
lus sacerdos intercedēdo excitat iram  
dei cōtra se. non cōtra subditos. quia  
oratiōes institute ab ecclesia quādam  
habent uirtutē ut facilius exaudiantur  
in loco cōsecrato q̄ in alio. Item ex  
uirtute ordinis. sunt orōnes mali sa-  
cerdotis accepte deo. nō ex merito p-  
fōne. sicut Eayphas prophetauit ex  
uirtute ordinis pontificalis. non ex  
suo merito. Facit tamen malus sacer-  
dos non solū iniuriā sibi. sed etiā sub-  
ditis suis. Si enim bonus esset uale-  
rent orōnes eius non solū ppter uir-  
tutem ordinis. sed etiam ppter uirtu-  
tem loci cōsecrati ⁊ propter auctori-  
tatem ecclesie cuius sunt orōnes. s̄ eti-  
am propter propriam deuotionem.  
quia multū ualet deprecacō insti assi-  
dua. peccatores at non exaudit deus.  
Cum ergo per prauā uitam subtrahit  
meritū deuotiōis quam debet subdi-  
tis. facit eis iniuriā.

De regula sacerdotum  
Capitulum .xiiii.

Tem sicut monachus scire de-  
bet regulā s̄m quam uiuere de-  
bet. ita sacerdos suā debz scire  
re regulā per quam ordinari debet. et  
in ordinibus ministrare. Hāc dat A-  
postolus in epistola ad Thimotheū.  
Oportet episcopū esse irreprehensi-  
lem. esse sine crimine. quod idē est. um-  
us uxoris uirū. prudentē. sobriū. or-  
natum. pudicū. doctorē. hospitalem.  
domui sue bene propositū. non p̄cus-  
forem. non litigiosum. non cupidum.  
non neophitū. Hic nouē affirmatiua  
sunt. ⁊ quatuor prohibitiua. Hec at  
regula eque est sacerdotū sicut epoz.  
quia sicut dicit Hieronimus Antiqui-  
tus cōmuniter tam pontifices q̄ mīo-  
res sacerdotes omnes dicebant episco-  
pi. i. superintēdētes uel speculatores.  
quia omnes speculari deberent. ⁊ intē-  
dere diligētē super gregez suū. Tamē  
utrum eps aliquē recipiat in cōse-  
cratiōe sua ordinem. questio est decreti-  
starum. Dicūt quidā q̄ nullum ordi-  
nem suscipit aliuz q̄ prius habuit. sed  
tū prelatōem ⁊ dignitatē sicut rex qū  
consecrat ⁊ inungit nullū ordinē su-  
scipit. sed solū dignitatem. Quicquid  
potest episcopus ex natura ordinis.  
potest ⁊ simplex sacerdos. sed ex  
natura dignitatis potest ordiāre de-  
ricos ⁊ cōfirmare paruulos. qd non  
potest simplex sacerdos. ⁊ tamē anti-  
quitus s̄m antiquos canōes poterat  
quilibet sacerdos ordinae psalmistā  
⁊ conferre ei primā tōsuram. sicut om-  
nes abbates. sed ex priuilegio tamen  
ordinant monachos suos ⁊ acolitos  
⁊ tamen ipsi abbates non sunt inūcti  
nisi in sacerdotes. Dicunt autem epis-  
copi q̄ abbates in prima tonsura nō

conferunt aliquem ordinē sed tm̄ sig/  
num futuri ordinis. Unde cum tales  
ordinādi ueniūt ad ep̄m. ipse prius or/  
dinat eos in psalmistas ⁊ postea i ac/  
colitos. Cū autē dicit. Oportet ep̄i/  
scopum esse sine crimine. dicit ibi cri/  
men quod est accusatōe ⁊ damnatōe  
dignissimum. sc̄z quod inducit ifami/  
am per facti euidentiam uel per iudici/  
um de quibus supra dictum est. *¶*  
autem dicit unius uxoris uirū sic de/  
bet intelligi q̄ ordinādus nō debz eē  
uidue maritus. non bigam⁹. i. q̄ non  
habuerit duas uxores. ⁊ ita irregula/  
ritas non contrahit̄ ex aliquo pecca/  
to sicut dictū est. sed ex defectu sacra/  
menti. Est enim matrimoniu⁹ carnale  
sacramentū. i. signum matrimonii illi/  
us quod est inter xp̄m ⁊ ecclesiā. Vñ  
sicut xp̄s non duxit nisi unicā ecclesiā  
⁊ uirginē. ita sacerdos qui est xp̄i vi/  
carius non debet esse maritus nisi unius  
mulieris ⁊ uirginis. Virginem autem  
reputat ecclesia quecūq̄ prius nō fue/  
rit coniugata licet sit corrupta. Unde  
si aliquis uiduā duxerit. nunq̄ p̄mo  
uetur. si corruptā a se bñ poterit. *¶*  
autem ep̄m uel sacerdotez prudentem  
oporteat esse. patet. q̄a p̄pter simpli/  
cem stoliditatē sc̄dm canones pōt ali/  
quis deponi ab officio. ⁊ quia sacer/  
dotem oportet habere clauēs. Vna ē  
autem clauis sciētie. altera predicatio/  
nis. de quibus postea dicit. Sobrie/  
tas sacerdoti precipit̄ propter pericu/  
lum. ne si sacerdos fuerit uocatus ad in/  
firmum ⁊ ipse ebrius fuerit. ⁊ ire non  
possit. infirm⁹ sine penitētia moriat̄.  
uel si possit ire nesciet infirmo iustus ⁊  
salubre dare cōsiliuz. Et non debz ali/  
quis si ebriosus fuerit ordinari.

Sequitur ornatum. Iste oruatus non  
solum in moribus sed etia⁹ intelligit̄  
in habitu. s. ut habitū clericus hēat re/  
gularem. Sed iste quis sit ex instituti/  
one canonum debet attendi. quia nō li/  
cet clerico pannos habere uirides uel  
rubeos. nec cappas manicatas. nec cal/  
ceos laqueatos uel hm̄di. Cum autem  
clericus ep̄o iuret canonicā obediētā  
⁊ canones tales uestes prohibeāt. pōt  
timere cleric⁹ q̄ sit periur⁹. si aliquas  
uestes habuerit cōtra promissaz regu/  
lam. Habitus etiā in tonsura regula/  
ri attenditur. s. q̄ sit regulariter tōsura/  
tus. *¶* etiam pudicitia sit sacerdoti  
necessaria. magis patet q̄ dici oport/  
teat. Et q̄ doctor esse debeat. pate/  
bit cum de sciētia sacerdotis loq̄mur.

Hospitalitas quoq̄ necessaria ē sa/  
cerdoti ⁊ omni clerico. quia potius mi/  
nistri sunt rerum ecclesiaz q̄ dñi. Bo/  
na enim eorū sunt bona pauperū. un/  
de in tāta abundātia dat̄ ecclesiis ut  
habeāt clerici unde pauperes recipiāt  
⁊ domus sacerdotis potius dicēda est  
hospitale pauperū q̄ ipsius propriū.

Sequit̄ domui sue bene prepositum.  
Qui enim gubernare nescit familiā su/  
am. non debet assumere ecclesiam ad  
gubernādum. Unde cōtra hanc regu/  
lam faciunt qui dāt pueris ecclesias.

Sequit̄ non percussorē. Episcopus  
enim manu propria nulluz debet per/  
cutere. nisi forte i disciplina alicui pe/  
nitenti danda. Simplex at̄ sacerdos  
potest percutere discipulos si habet.  
⁊ est doctor eorum. similiter ⁊ seruien/  
tes suos si deliquerint ad corrigēdos  
eos. ita tamē moderate ut uerba ad  
flagelloz quātitatem non accedant.  
Sed dicitur hic percussor. non qui sic



percutit sed qui ex malicia. Sequitur non litigiosum. hoc non solum de rixis et obiurgationibus turpibus intelligitur sed etiam de litigiis causarum que in foro seculari sunt. quia clericus nisi res habeat sed possessiones laicas non debet de rebus ecclesiasticis in foro seculari litigare. ymo secundum canones si hoc fecerit debet puniri. et etiam id perdere quod euicit. Unde dicit lex secularis quod turpe est clerico si iura sciat civilia. uerum tamen nunc sustinet ecclesia quod clericus pro se et pro aliis litigat in foro ecclesiastico et in foro seculari. et precipue recipit laboris sui. Sed uir religiosus in nulla causa secundum canones aduocatus esse debet. nisi in causa domus sue. Quod uero sacerdos non debet esse cupidus. ex utroque patet testamento. quia per sacerdotum cupiditatem fere omnia mala et in noua et in ueteri lege contingunt.

Sequitur non neophytus. id est nouiter conuersus ad fidem. quia non debet aliquis nisi prius experimentum de ipso habeatur. post conuersionem suam statim admitti ad sacros ordines. Cum tanta enim est aliquis ordinandus diligentia cum quanta difficultate deponendus est. Scandalum enim esset ecclesie si ille qui statim heri in foro hodie stet in choro et si ille qui heri cantor fuit histrionum hodie sit prepositus sanctorum. Ista tredecim capitula dicuntur et sunt regula apostolica. que precepta qui nescit sacerdos esse nescit.

De his que oportet sacerdotem scire

#### Capitulum. xv.

Uit autem quedam determinate instituta a canone que oportet sacerdotem necessario scire.

Hic est canon talis. que ipsis sacerdo-

tibus scire necesse est. scilicet sacramentorum liber. lectionarius. antiphonarius baptismum. compotus canones psalmiales. psalterium. omelie per circulum anni. diuersis diebus et singulis festiuitatibus apte. Ex quibus omnibus si unum de fuerit sacerdotis nomen uix in eo consistere potest quia ualde sunt periculo se mine euangelice quibus dicitur. si cecus cecum ducit ambo in foueam cadunt. Ista pauca sunt ualde onerosa. unde tanto turpius est ea ignorare. quanto sunt leuiora.

Expositio supradicti canonis.

#### Capitulum. xvi.

Deat autem hic canon libri sacramentorum missalem. quia in eo continentur ea per que sacerdos debet administrare sacramenta ecclesiastica. scilicet quomodo baptizare debeat et eucharistiam conficere. et aliquos in matrimonio coniungere. et infirmos inungere. Sacerdos autem non solum scire debet quomodo predicta debeat facere sed etiam que et quot sunt sacramenta ecclesie. de quibus dicitur postea. Per librum etiam sacramentorum comprehendit librum qui graduale dicitur propter quosdam cantus in eo contentos qui cantantur in missa ante gradus altaris. Sunt tamen in graduale alii cantus. ut introitus siue officium quod cantatur quando a uestuario ingreditur ad altare sacerdos. Sunt et in eo cantus qui dicuntur alleluia. et cantus qui offerenda siue offertorium. scilicet quando hostia offertur sacerdoti. et cantus qui dicitur communio. Sunt et in eo qui sequentie dicuntur. et dicuntur tales cantus sequentie quia de nouo secuti sunt antiquos cantus ecclesie. Unde et grisei monachi nul-

Iam cantant sequentiam in monasteriis suis. Antiphonarius similiter continet responsoria que respondent lectionibus. sed sumpsit nomen ab antiphona que est dignior catus propter significationem. Sicut enim antiphona partim cantat ante psalmum. et post psalmum tota. ita hic pregestam partim dulcedine celestis patrie. sed post psalmum. s. bonorum operum completio. nem. totam habebimus dulcedinem. Dicitur autem antiphona quasi ante tonans. Et tales modi cantandi sumpti sunt a ritu gentium. Gentiles enim in primitiva ecclesia conversi ad fidem. quia non audiebant in ecclesia tales cantus quales in phanis suis habere solebant. officia et obsequia ecclesie contemnebant. Unde ecclesia sumpsit tales cantus quales prius habere solebant gentiles. Baptisterium uocat manuale in quo forma continet baptisandi et sepeliendi. qui libellus exceptus est a libro sacramentorum. Quid autem sit lectionarius patet.

Computum uero uocat Kalendarium. qui sic uocat a kalendis que sunt in principis mensium. et dicunt kalende a kalon quod est uoco. quia in principis mensium uoce preconiatio uocatio fiebat ad mundinas. Scientia computi ualde est necessaria sacerdoti. ne erret in denunciatione ieiuniorum et solennitatum tam mobilium quam immobilium. Quaedam enim solennitates mobiles sunt. ut septuagesima. quadragesima. pascha. penthecostes. que mutantur secundum lunationum mutationes. Canones penitiales uocat libellum quendam in quo ostenditur que penitentia cuiusque peccato sit imungenda. et de hoc propositum nostrum principale est tractare in hoc opere. Omelias uo-

cat sermones quosdam a sanctis ad laycos. Vnde dicitur omelia ab omos quod est unum. et laycos quod est laycus. quasi unice. id est singulariter ad laycos. quia omelie tantum ad laycos sunt facte.

Quid sit sacramentum et quot sint sacramenta. Capitulum. xvii.

Et autem sacerdotibus necessario scire quid sit sacramentum et quot sint sacramenta et quod per illos administrari debeant. Est autem sacramentum inuisibilis gratie uisibilis forma. Vel sic. Sacramentum est sacre rei signum. Signum autem est res propter speciem quam sensibus infert. aliud in cogitatione uenire faciens. ut aqua baptismatis preter speciem quam offert oculis. interiorum significat ablutioem a peccatis. Sed obicit. Caro christi in altari est sacramentum. non tamen inuisibilis gratie uisibilis forma. quia ibi non uidetur caro christi. Ad hoc dicendum est quod aliquod sacramentum tantum est signum ut forma panis et uini in altari. et aqua uisibilis in baptisate. Quoddam enim sacramentum est tantum res. ut mysticum corpus christi. id est ecclesia siue collectio fidelium est res significata per formam panis et uini. quia sicut ex granis multis fit panis. et ex multis uinis uinum. ita ex multis hominibus fit uinum corpus christi. Similiter in baptisate. interior mundatio a peccatis tantum est res. et non signum. sed significat per exteriorum ablutioem res et signum. In altari ipsa caro et sanguis christi significat corpus mysticum christi. id est ecclesiam. et significat per formam panis et uini. Similiter in baptisate. character qui im-

primitur anime tres et sacramentum. quia significat interiorē ablutionem. res est que signatur per exteriorē tunc tionem. Quodlibet sacramentū ē forma uisibilis. quia formā habet uisibilem sibi annexā. et ideo dicitur sacramentum. quia res est. i. forma uisibilis non sibi se. sed sibi formā sibi adiunctam. Per hoc autē quod dictū est quod sacramentum est sacre rei signū. uidetur quod imago que est in ecclesia sit sacramentū quia signū est sacre rei. i. xpi. Videtur etiam quod quelibet res que est in mūdo sacramentum sit. quia quelibet res ali quo modo deum significat. Ad hoc dicimus quod oportet ut sacramentū in nouo testamēto sit institutū ab ecclesia et quod habeat aliquā similitudinē cuius re quam significat. et quod rem efficiat quā figurat. et si est sacramentū noui testamenti sicut est baptismus et eucharistia institutum est ab ecclesia. et similitudinem habent cum rebus quas significant. sicut supra dictum est. et efficiūt quod figurant. Baptismus enim significat interiorē mūdationē. et facit eam non prima auctoritate que solius dei ē sed secundaria quadā uirtute. quaz deus ex sua gratia cōtulit baptismō. et ita est de aliis sacramentis.

De septem sacramentis ecclesie.

Capitulum .xviii.

Vnde autem septem sacramenta in ecclesia dei. s. baptismus. eucharistia. penitentia. cōfirmatio. extrema unctio. ordo. cōiugium. Circa baptismum necessariū est scire sacerdoti in qua forma debeat baptizare. et dixit dominus apostolis. Ite docete omnes gētes. baptisantes eos in noīe patris et filii et spiritus sancti

Vnde si quis mergēdo paruulū in fonte baptismatis non dicat. ego baptizo te. sed dicat tū. In nomine patris et filii et spiritus sancti. non uult formaz baptismatis obseruare. Vnde instruendi sunt layci qui baptisant in necessitate quod dicāt. Ego baptizo te et cetera. Si enim pretermittāt hanc clausulam. ego baptizo te. timēt multi quod non sit uerus baptismus. Verūtamen in benedictiōibus omnibus dicit episcopus. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Non dicit. Ego benedico te in noīe patris et filii et spiritus sancti. Eadē rōne uidet quod sacerdos possit dicere. baptizando aliquem. In noīe patris et filii et spiritus sancti. quia baptismus fieri dedit enūciando. quod non pōt fieri sine modo indicatiuo. Timē dum est quod non fiat baptismus sine indicatione predictōrum uerborum. Dixerunt tamen quidam quod ipsa cōparatio ē per uerbo. Vnde cum sacerdos immergit paruulū idem est ac si diceret. ego baptizo te. Sed iterum querit in quo nomine baptiset paruulus cum dicitur. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Si dicat in hoc nomine dei. non coheret ostrucitio. quia pater et filius et spiritus sanctus nō habent nomina separata ab unitate. Ideo cum dicitur baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. duplex ē sensus. Primus est cum dicitur ego baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. id est in uirtute baptismatis quaz dedit pater et filius et spiritus sanctus. Secundus sensus est in eadē perlatiōe. baptizo te in noīe patris et filii et spiritus sancti. id est ad honorem patris et filii et spiritus sancti et tu honores patris et filii et spiritus sancti. Prouidendum est enim sacerdotibus ut trinam faciāt immersionem. Periculū

est enim eis qui uersant aquam super paruuluz ut totus irriget. quia dicit Apostolus Cōsepulti estis xpo ī baptismo. ut sicut totus xps fuit in sepulcro. ita totus puer irriget baptismo. et ideo multo melius est mergere puerū in fonte q̄ aquā super eum uersare.

Item sciēdum q̄ in baptismo do/minus potius dedit uirtutē uerb ornm sentēcie q̄ uerba. Unde in omni lingua baptisari pōt dūmodo uerboꝝ sentēcia teneat. ymo etiā si corrupte proferrantur uerba. dūmodo integra sit sententia. non minus est baptisus. sicut legitur in canone de quodā qui baptisauit in nomina patrias et filias et spiritus sanctas. nec tamē ideo minus fuit baptisatus.

De baptismo. Ca. xix.

Necessaria est etiā intētio baptisandi. unde cum pueri ludētes in balneo aque se immergant et dicāt. Ego baptiso te in noīe pa. et fi. et s. non est baptismus. Sed si ex intētionē hoc faceret quis. sicut uicimus q̄ quidā adolescēs paruuluz baptisauit iudeū in flumine balneatē cum intētionē baptisandi. et ille puulus iudeus cōsensit. Judicatu fuit ab ecclia q̄ xpianus esset. et cōtradictentibus iudeis xpianus remāsit. Ita ergo in baptismo tria sunt necessaria. scz forma uerboꝝ quātum ad sentēciam. et mersio in aqua. et intētio baptisantis et baptisati. cetera omnia sunt de solēnitate. uidelicet exorcismus. cathecismus et olei inunctio. quia licet hec oia deficerent. tamen esset baptisatus. Sed antiquitus baptisabāt sacerdotes in uigilia pasche et penthecostes. Unde habuerunt preparationes suas scz ex

orcismos et cathecismos.

De exorcismo Ca. xx.

Exorcizare idem est quod adiuurare. adiuurat enim sacerdotest dyabolū. ut exeat ab hoc famulo dei ne impediatur nec p̄tatem īpediendi habeat illum qui debet baptisari. Cōstat enim q̄ nunq̄ dyabolus recedit a paruulo q̄diu est in eo originale p̄tē. s. donec per baptismū mūdetur. Dicitur autē exorcismus idē quod adiuuratio. quādo adiuurant demōes per orōnes ab ecclia institutas. ne nocent paruulo.

De cathecismo. Cap. xxi.

Cathecismus idē est quod instructio et cathecumini dicuntur. quia mos erat antiquitus ut ante diem pasche et penthecostes illi qui baptisare debebāt in fide instructi ad baptismū uenirēt. Sed quia sepe periculum imminēbat. ex eo q̄ multi moriebantur antē pascha uel p̄thecostes paruuli. institutu fuit ab ecclia ut puer statim natus baptiset etiā a patre uel matre. uel ab alio quocūq̄ si esset periculum mortis in paruulo.

De patrinis. Ca. xxii.

Uinc autem loco eorū qui instructebant baptisandos ante baptismum. successerunt patrinis qui suscipiunt paruulū de sacro fonte. et ex promissione quam ibi faciūt. tenent instruere filiulū suū in fide xpī et in oratōe dominica. quod si non fecerint. rei sunt mortis paruuli. Sicut sicut dicit Augustinus. Patrini se obligant fideiulsores pro paruulis suis ut fidem xpī sciāt. Sacerdos est etiā

omnium eorum p̄ spiritualis quos  
baptizat. Unde si pater ⁊ mater par-  
uuli morerent ⁊ etiā patrini. credim⁹  
q̄ sacerdos teneat instruere paruulū  
pupillum. Si at̄ contingat q̄ laycus  
baptiset paruulum ⁊ ille conualeſcat.  
debet paruulus portari ad ecclesiam  
⁊ sacerdos debet implere omnia q̄ a lay-  
co sunt pretermiſſa. ſc̄z exorcismum ⁊  
inunctionem. ⁊ hoc tm̄ propter ſcan-  
dalum. ne uideat̄ a laycis non eē ple-  
ne baptizatus. ⁊ quia exorcism⁹ ⁊ iu-  
unctio ualent ei cōtra dyabolum. ne  
pōſſit ei nocere. Non autem efficiunt  
compadres qui aſtant ⁊ tangunt pue-  
rum. quia non eſt aliqua compaterni-  
tas ubi non eſt natiuitas. ⁊ puer in ta-  
li caſu non naſcitur uel renaſcitur. nec eſt  
mirandum q̄ adiurat̄ dyabol⁹ ut ex-  
eat a baptizato. licet in eo nō ſit. quia  
is eſt ſenſus. Exi ab eo. id eſt non ha-  
beas poteſtatem nocēdi ei.

De his de quib⁹ dubitat̄ utrū ſint  
baptizati uel non. quomō baptizent̄.

Ca. xxiii.

De paruulis autem expoſitis  
de quibus dubitat̄ an ſint bap-  
tizati an non. certa ē forma.

Debet enim ſic dicere ſacerdos. Si es  
baptizatus non baptizo te. ſi at̄ nō es  
baptizatus ego baptizo te in noīe pa-  
tris ⁊ fi. ⁊. ſ. ſ. Preterea notandū q̄  
ille qui ſuſcipit ⁊ cuius proles ſuſcipi-  
tur de ſacro fonte. dicunt̄ cōpadres i-  
ter ſe. ⁊ tamē uulgariter cōpadres bap-  
tizati non dicunt̄ qui eum ſuſceperūt  
ſed patrini. Unde baptizatus nō di-  
cit. iſte eſt compater me⁹ ſed patrinus  
demonſtrato eo qui eum de ſacro fon-  
te ſuſcepit. Item prohibitum eſt ne  
plures ſint patrini q̄ duo. propter i-

pedimentum ⁊ periculū matrimōni.  
aliter enim inter multos per matrimo-  
nium non dilatarēt caritas ſi plures  
eſſent q̄ duo. De his at̄ infra largius  
dicemus. Item aliqua proles in ne-  
ceſſitatis articulo baptizata fuit. ⁊ nō  
diſcernebat̄ an eſſet maſcul⁹ an femi-  
na. pro certo tamē credebat̄ eſſe maſ-  
culus cum eſſet femina. ⁊ ſacerdos bap-  
tizauit eam cū intentione baptizandi  
marem. ⁊ nomē maſculi ei impoſuit.  
queritur utrum illa mulier ſit baptiza-  
ta. Et eſt piuz credere q̄ baptizatus fu-  
it. Error enī ſexus uirtutē baptizati-  
onis non debet impedire. licz impediāt  
matrimonium.

De ſacramento eucharistię.

Capitulū. xxiiii.

Secundū ſacramentū ē eucha-  
riſtia. non tamē ſm dignita-  
tem. quia ſacramentū bap-  
tizatiſ maximum eſt neceſſitate. q̄ ſi  
ne eo non eſt ſalus. ⁊ ideo primuz eſt  
⁊ quaſi ianua aliorū ſacramentorum  
Sacramentū autem altaris dicit̄ ma-  
ximum ratōe cōtinentię. quia carnē ⁊  
ſanguinem xp̄i in ſe continet. quib⁹ ni-  
hil eſt dignius. Ordo etiā maximum  
dicitur rōne pr̄tatis. q̄ ex uirtute or-  
dinis poteſt homo facere quod non  
angelus. ſc̄z conficere corpus xp̄i. Di-  
citur etiā matrimonium maximum rō-  
ne ſignificationis. ſignificat enim con-  
iunctionē chriſti ad eccleſiā. ⁊ chriſti  
ad fidelem animam. quo nihil maius  
dare nobis potuit. Dicit̄ etiā confur-  
matio maximum ratione cōferentis. q̄  
ſolus epiſcopus qui maior eſt aliis o-  
fert hoc ſacramentū. Sacramentū etiā  
cōfeſſionis quandoq̄ maximum dicit̄  
rōne curationis. quia nihil ita curat

animam post lapsum sicut confessio.  
Quãdoq; etiam maximuz dicitur ex/  
trema unctio. quia in extremis multũ  
prodest. ⁊ quod est extremum dicitur  
maximum.

Que sunt maxima ad conficienduz  
eucaristiam Capitulũ. xxv.

¶ Ircã eucaristiam primo sciẽ/  
dum est q; ad conficiendũ eu/  
caristiam quatuor sunt neces/  
saria s. puritas materie. ordo. uerba  
sacra. ⁊ intentio conficientis. Puritas  
materie. s. q; panis sit triticeus. quia  
dominus comparauit se frumẽto di/  
cens. Nisi granum frumenti cadẽs in  
terram mortuũ fuerit ipsum soluz ma/  
net. Si at grana alterius generis com/  
mixta fuerint. periculum est. quia nisi  
granum omixtum tam paucum sit q;  
absorbeat penitus a frumẽto. corp;  
xpi unde non cõficiẽt. Verba etiam sa/  
cra a domino istituta in euãgelio ad  
hoc neccessaria sunt. quia sine ill nō  
consecrat eucaristia. Ordo etiam exi/  
gendus est. quia nisi uerum habeat  
ordinem sacerdotis nihil est qd agit  
in altari. Intẽtio etiã neccessaria ẽ. q;  
si quis talia ludẽdo facit. non confi/  
citur corpus xpi. Verũtamen quia ẽ  
forma illorũ uerboꝝ alia in uno euã/  
gelista ⁊ alia in alio. credimus q; non  
possit cõfici corpus xpi. nisi tm illis  
uerbis euãgelicis q; sunt ab ecclia ap/  
probata. quia magna est ecclie auct/  
toritas.

De uino ⁊ aqua Ca. xxvi.

¶ Tendenda est etiam materia  
uini. s. q; sit uinum ueruz ⁊ q;  
non admisceat aqua in tãta  
quãtitate q; pereat essentia uini. quia  
tam parua debet esse cõmixtio aque.

ut tota aqua absorbeat in uino. Quã  
doq; talis est cõmixtio q; neq; ibi est  
uerum uinum. neq; uera aqua. sed qui/  
dam liquor qui nec aqua est nec uinũ  
unde in talibus timendum ẽ periculũ  
Si autem seruet uinum tam diu q; cõ/  
uertatur in acetum. non inde conficiẽt  
sanguis xpi. Aqua at uino cõmiscet.  
quia de latere xpi exiuit sanguis ⁊ aq;  
ad significanduz q; layci qui sunt de  
corpore xpi quod est ecclesia. omiscẽ  
di sunt i unitatẽ sacramẽti. quia sicut  
in apocalipsi legitur. Aquę multe po/  
puli multi. Si tamen per obliuionem  
uel negligentiam non fuerit aq; mixta  
in calice. nō tamẽ minus sicut dicit q;  
dam sanguis xpi conficiat. Unde fac/  
ta consecratione super uinum solum/  
modo debet postea admisceri aqua.  
quia uerus xpi sanguis est. sed graui/  
ter peccauit qui obmisit.

Quando panis ⁊ uinum fit sacra/  
mentum. Ca. xxvii.

¶ Reterea sciendum q; post cõ/  
secrationem ⁊ prolationẽ il/  
lorum uerborũ sacrorũ. Hoc  
est corpus meum. ⁊ illorum. Hic est ca/  
lix sanguinis mei ⁊ c. cum aliis. quib;  
deus dedit uirtutem ut per ea confici/  
atur corpus ⁊ sanguis eius. nec rema/  
net ibi panis nec uinum. sed cõtra na/  
turam rerum creatarũ sunt ibi forme  
sine subiecto. quia ibi est color et sa/  
por panis ⁊ uini sine õni subiecto

De renouatione eucaristie.

Capitulũ. xxviii.

¶ Ebet autem propter reueren/  
tiam huius sacramẽti in alta/  
ri renouari eucaristia de octa/  
uo die in octauum. ne muscida fiat  
hostia. ⁊ ita generet horrorẽ sumẽti.

Similiter sufficit uiris perfectis et sanctis inclusis. de octaua in octaua sumere eucaristia. Sacerdotibus sufficit quotidie semel conficere et sumere. Unde Augustinus. Quotidie sumere eucaristiam nec laudo nec uitupero. quia si ex nimia deuotione quotidie celebrat sacerdos. laudabile est dummodo sit uir perfectus. Si autem ex alia causa uituperabile est. et maxime si qua subsit conscientia mortalis peccati. Laycis saltem semel in anno scilicet in pascha nisi fuerint infirmi detur eucaristia. et si tunc noluerint sumere. excommunicari debent. nisi forte de consilio sui sacerdotis abstineant. quia multi etiam post contritionem cordis abstinere ab eucaristia. donec in aliqua parte satisfecerint. et quibusdam etiam iniungitur ut usque ad finem uite ab eucaristia abstineant pro quibusdam enormibus peccatis de quibus postea dicitur. Est enim peccator indignus sumere eucaristiam. donec totam suam penitentiam uel saltem partem compleuerit. Dicitur autem eucaristia ab eo quod est bonum et carisma quod est gratia. quia meliorem gratiam non posset nobis dare quam suum corpus et sanguinem.

Item unde supra Ca. xxix.

Ideat etiam sacerdos quod si plures hostias ponat super corporale in altari. et cum profert hec sacra uerba. Hoc est corpus meum. faciat demonstrationem ad omnes hostias non ad unam solam. quia nisi per omnes demonstrationem signa. non consecrantur. Preterea uideat ne alie hostie in pixide aliqua propinque sint calici in hora consecrationis. quia dicunt multi omnes hostias consecrari que sunt in altari. Item sciendum quod nec uinum solum

conuertitur in sanguinem. nec panis in solum corpus christi. sed nunquam est corpus sine sanguine nec e converso. et ideo in calice est totus christus. et in forma panis totus. Item quia eucaristia augmentum dat gratie. Dixerunt quidam quod paruis danda esset eucaristia. quod erroneum est dicere et falsum. Sed pro resolutione istorum hic aliqua breuia et utilia notanda sunt. Primo notandum est quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri qua se subicit principali agenti. ut scilicet intendat facere quod ecclesia fecit et christus fecit. et hec intentio est simpliciter necessaria saltem in habitu ad minus. Nam cum sacerdos dum accedit ad altare et intendit facere quod ecclesia et christus fecit. si aliqua alia cogitatio occurrerit ex infirmitate humana. uirtute tamen prime intentionis consecrat. tamen studiose curare debet minister ut etiam actualem intentionem in actu consecrationis habeat. Secundo sciendum quod si aliqua hostie ex obliuione remaneant in altari. aut aliquae guttule uini adhereant pediculis calicis et sacerdos conficit non sunt consecrate nisi actualem intentionem ad eas dirigit. Tercio sciendum est per modum questionis quod si sacerdos habeat ante se decem hostias et intendit consecrare nouem. que sunt ille nouem consecrate? Ad quod dicendum quod ille nouem hostie per intentionem sacerdotis a decem distincte sunt consecrate et non decima. quia intentio sacerdotis ad nouem que intendit consecrare est directa et decima quam a numero excipit. non est consecrata. Ulterius est notandum quibus hoc sacramentum dandum est. Pro quo sciendum quod omnibus bapti-

fatis adultē deuote a sacerdotib9 fm  
sancte matris ecclesie ritū petentibus  
est dandum. Est etiā sciēdum qd si a/  
liquis ad sacerdotē ueniat. 7 in ocul  
to pctm suū ei cōfiteat. 7 dicat qd pe/  
nitere nolit uel non possit. 7 si postea  
ueniat in publico 7 eucaristiā petat n̄  
potest ei denegare sacerdos. sed debet  
ei dicere in privato. Ego trado tibi  
mortē tuam. iudiciū tibi māducas et  
bibis. Si uero publice dicat aliquis  
se nolle cōfiteri nec agere penitentiam  
de peccato suo. nullo modo dāda est  
ei eucaristia. Preterea sciēduz qd nul  
lus sibiipsi dare debet eucaristiā nisi  
sacerdos in altari. Vnde sacerdos in  
firmus non debet accipere eucaristiā  
nisi per manum alteri9 7 quia domin9  
dixit. Hoc facite in meā cōmemorati  
onem. quotienscūq; sumitis. mortali  
ter peccat qui celebrat propter aliam  
causam q̄ propter memoriam domi  
nice passionis.

In quibus diebus possit sacerdos  
pluries celebrare. Ca. xxx.

Atet ex predictis qd quotidie  
bis sumere eucaristiā est dam  
nabile. De hoc enim nūq̄ du  
bitauit beatus Augustinus. Sunt autē  
tres casus in quibus sacerdos pluries  
potest sumere eucaristiā in die. In die  
enim natalis domini ter celebrat mis  
sa. propter misterii significatōis. qd  
prima missa significat statum ante le  
gem. secūda statum sub lege. tertia sta  
tum sub gratia. Et quia missa nō de  
bet sine susceptione eucaristie celebra  
ri. 7 ideo oportet ter sumere eucaristi  
am illo die. Illud at̄ permissum ē in  
ecclesia 7 non preceptū qd quilibet ter  
celebret in illa die. Si enim tres essent

sacerdotes in una ecclesia. melius esset  
qd unus unam 7 alius aliam 7 terci9 ter  
ciam missam celebraret q̄ unus solus  
tres. Preterea dicit canō qd si qua sit  
solēnis festiuitas in aliqua ecclesia sic  
ibi cōcursus populoz. 7 non p̄nt om  
nes una hora cōuenire. p̄t sacerdos  
in eadē die bis celebrare. ne fidelū de  
uotio missa pruet. Preterea si habe  
at sacerdos in aliqua die solēne fun9  
presens. ita ut parrochiani nolit care  
re missa de die. nec etiā propter scāda  
lum corpus sine missa debeat sepelire  
potest tunc sacerdos bis celebrare. pri  
mo de die. secūdo pro defunctis. Nō  
enim debet primo celebrare. p̄ defunc  
tis 7 postea de die. quia uita hec ter/  
minatur in mortē. sed de morte nō est  
regressus ad uitā. Cū at̄ sacerdos bis  
in eadē die celebrat. tunc retineat ma  
nus suas 7 calicem cum aqua et uino  
post communionem. ne aliq̄e reliq̄e  
panis uel uini in digitis eius uel in ca  
lice remaneant. 7 non debet sumere ab  
lutionem illam sed reponet̄ in uascul  
q̄ ad finez alteri9 misse. 7 tunc sumat  
utrāq; quia propter reuerētiam sacra  
menti non debet aliquis celebrare ni  
si ieiunus. Nō autē esset ieiun9 si sum  
psiss9 ablutionē illā que ē pura aqua  
uel purū uinum.

De matrice ecclesia 7 capella.

Capitulū .xxxj.

Atet ex predictis qd si qs ha  
beat unam ecclesiā matricē et  
capellā ei adiacentē. non del  
bet in eadē die primo celebrare i ma  
trice ecclesia. 7 postea i capella. Sed si  
capella sufficiat propriuz hēat sacer  
dotem. si at̄ non sufficiat. fundatores  
capelle sacerdoti necessaria dent. qui



ibi ministret cum illis bonis que prius  
habuit capella et de propriis adden/  
do. quod si noluerint careant capellano. et  
sacerdos matricis ecclesie habeat quod prius  
habuit capella. quia quod deo consecratum  
est non debet redire ad fundatores. Item sciendum  
quod si sacerdos celebrauerit sine uestibus et  
pallis et corporalibus et sine altari et calice  
consecratis. nihilominus est ibi uerum corpus  
christi. et sanguis christi uerus. dummodo sint  
prolata illa sacra uerba. hoc est corpus  
meum. et hic est calix sanguinis mei et  
quia in istis uerbis tota consistit substantia  
consecrationis corporis et sanguinis christi. cetera autem sunt de sollemnitate.  
Adagna tamen negligenter et maximum  
peccatum est si aliquid de predicta sollemnitate  
pretermittat. Unde beatus Martinus  
fuit ab angelo reprehensus. quia nudis  
brachiis celebrauerat. Sciendum  
est etiam quod sumit corpus christi scilicet  
sacramentaliter et spiritualiter. Sumit  
enim spiritualiter quicumque credit uerum  
corpus christi esse in altari. Unde dicit  
canon. Crede et manducaisti. Sacramentaliter  
autem sumit qui sacramentum illud  
sumit sub forma panis et uini.  
Plus autem ualet sacramentaliter sumere.  
quia qui digne sumit sacramentaliter.  
augetur in eo gratia ex uirtute sacramenti.  
Unde eucharistia dicitur quasi  
bona gratia. et sicut dicitur multi dimit  
tuntur digne sumendi aliquid de pena pec  
cati. et hinc omnes dimituntur eis uenia  
lia. Sicut dicitur est superius quod ad con  
secrationem eucharistie sufficiunt debita qua  
tuor. scilicet forma panis. uerba sacra. or  
do et intentio. Unde dicimus quod si sacer  
dos hereticus hec omnia obseruat. eu  
charistiam potest consecrare. Si autem formam

uerborum peruertat. uel materiam pa  
nis et uini mutet. non consecrat. Tamen dicit  
Augustinus. Non est corpus christi quod con  
secrat hereticus. et suppleendum est. si puer  
tat formam uerborum uel mutet materiam.  
Vel uocat ibi Augustinus. corpus christi ecclesi  
am. Congregatio autem hominum quae fa  
cit hereticus non est ecclesia. et ideo non est  
corpus christi. Hereticus autem uel quilibet ali  
us pro crimine suo depositus et degrada  
tus nunquam amittit ordinis characterem  
quia degradatio nihil aliud est quam per  
petua suspensio. Unde sicut apostata re  
diens ad ecclesiam non reaptisat. ita  
hereticus degradatus si per dispensationem  
summi pontificis fuerit reconciliatus  
et suo ordini restitutus. ordines habet  
et ideo si consecrat consecratum est. unde  
patet quod hereticus ordinatus et restitutus.  
non reordinatur.

De missis pro defunctis. Ca. xxxii.

Reterea sciendum quod celebrare  
missam pro defunctis summum  
remedium est eis. quia ibi reposita  
sentat deo pro passio christi. Hiesu. per  
quam omnes redempti sumus. ibi enim  
christi merita offerunt. que deus pro sine  
remuneratōe non respicit. Cum enim uir  
sanctus ipsum in altari tenet in mani  
bus. quodammodo christus se committit ip  
sius peccati. ut dicat bonus sacerdos quod  
quid uult et ipse christus faciet. Queri  
tur si missa pro uno defuncto celebra  
ta plus ei ualeat quam alius. Ad hoc be  
atus Hieronimus tale ostendit simile. quod  
si cereus accessus afferat de nocte in do  
mum aliquam. ob alicuius domini ibi re  
sidentis reuerentiam. omnes tamen qui  
sunt in ea illo lumine participat. eo modo  
si celebrat missa pro uno defuncto om  
nibus prodest. sicut lumen quod in te

Quaestio

*Tha qm qm*

nebris ostenditur est lucidum corpus  
xpi quod illuminat omnes qui dū ui  
uerent illuminari merebant. Verūta/  
men orōnes speciales ⁊ deuotōes spe  
ciales pro uno facte magis p̄sunt uni  
q̄ alii. Solet queri utrum una mis  
sa magis profit defunctis q̄ alia. q̄a  
omnis missa ē pro defunctis sed non  
omnis de defunctis. Q̄ at̄ ōnis mis  
sa sit p̄ defunctis. patet quia hostia  
diuidit̄ in tres partes. Vna p̄ signi  
ficat gratiariū actionē que est pro san  
ctis. Alia pars significat orationē q̄  
est pro uiuis. Tercia significat propi  
tiationem que est pro defunctis. Vñ  
uersus. Pars ē p̄ sanctis. pars ē pro  
iustificādis. Illa refert grates. suppli  
cat ista deo. Quia tā pro uiuis q̄ eti  
am pro defunctis supplicam⁹ deo. s̄z  
pro solis sanctis grates referim⁹. Illa  
missa sola ē de defunctis in qua p̄  
omnes partes missē fit mētio defunc  
torum. ut in introitu missē cum dicit̄.  
Requiem eternā dona eis domine. et  
lux perpetua luceat eis. ⁊ in epistolā  
in orationibus ante epistolā. ⁊ in euā  
gelio. ⁊ ista que premittunt̄ cōsecrati  
oni possunt specialiter defuncto uale  
re. Sed sicut dicit̄ multi. ipsa oblatio  
corporis xpi ⁊ sanguinis eque ualent  
omnibus. Ipsa at̄ deuotio quā sacer  
dos habet pro defuncto dum deo of  
fert eucaristiā. magis ualeat uni q̄ alii  
Patet itaq̄ q̄ si sacerdos promittit  
alicui penitenti q̄ p̄ ipsi⁹ amici aia ce  
lebrabit missā uidelicet de defunctis  
non soluit promissionem suā nisi to  
tum faciat quod ad missam illā perti  
net. Verum tamē si simpliciter p̄mit  
tat q̄ celebrabit pro aia illi⁹ potest se  
absoluere a promisso quācunq̄ mis

sam celebrando.

Sequitur de tercio sacramento. id  
est de ordine ecclesiastico Ca. xxxiii.

Equitur de tercio sacramen  
to. i. de ordine. Ordo autē ē  
caracter autoritate ⁊ misterio  
ecclesie alicui impressus. ad aliquod  
officium ecclesiasticum exercendum  
cum dignitate ⁊ honore annexo.  
In omni enim ordine per ministeriū  
episcopi aliquis caracter ordinato i/  
primit̄ qui nunq̄ deleri poterit. sicut  
supra dictū ē. Et omnis ordo datur  
ad aliquod officii exercēdum. Unde  
patet q̄ ordo regis. ⁊ ordo militaris  
⁊ ordo cōiugalis non sunt pprie or  
dines. Dignitas at̄ ordinis duplex ē  
scz substāialis ⁊ accidētalis. Substā  
tialis dignitas ē. q̄ ordo semel accep  
tus nunq̄ amitti poterit quātum ad  
essentiam. Dignitas at̄ accidētalis est  
duplex. Vna est si aliq̄s manū miserte  
uolentā in ordinatū. statim ipso iure  
excōmunicatus est. Unde dicit̄ incide  
re in canonē late sentēcie. Sed hoc nō  
est de substācia ordinis. sed quia lay  
ci promi erāt cōtumeliā inferre clericis  
in corporibus suis. iō institutum fuit  
in ecclesia. ⁊ lata fuit in ōnes tales ex  
cōmunicationis sentēcia. Est aut̄ alia  
ordinis dignitas. s. cum quis ordina  
tus fuerit non poterit seua exercef̄ of  
ficia uel sordida. licet etiā degradat⁹  
fuerit. Non enim decetero incarcerare  
hoīes uel cōstringere uel aliquā seuci  
am in dānatos poterit exercere. sordi  
dis etiā obsequiis man⁹ non pōt ap  
ponere. Unde uidim⁹ quēdam sacer  
dotem suspēsum ab officio donec uel  
niret ad curiā romanā. eo q̄ publice  
in conspectu hominū onerauit curru⁹

suum fimo ut trāsportaret in agrum.  
Magna enim reuerētia debet mani /  
bus inunctis et capiti cōsecrato Unde  
ualde reprobū est q̄ in quibusdā regi  
onibus cogunt sacerdotes pre iopia  
uetera et sordida peregrinoꝝ reparare  
calciamēta. Unde credimꝰ q̄ qui hoc  
sustinent peccāt et illi similiter q̄ni tale  
ab eis suscipiūt obsequiū. Si ergo or  
diatus ad p̄niam uenerit. querēdū est  
ab eo inter cetera utrū in sordidis mi  
nistrauerit obsequiis et si fecit per pe  
nitentiam puniat. Unus at ordinis  
est quod quibusdā ordinibus ānexū  
est uotum cōtinentie. Sed anteq̄ di  
catur de hoc. uidēdū est quot sint or  
dines. et dicūt q̄ non sunt nisi septem  
sc̄z hostiarius. exorcista. lector. acco  
litus. subdyaconꝰ. dyaconus. et pres  
biter. Dicunt etiā sicut dictū est q̄ nō  
est specialis ordo episcopi ordo. sed  
dignitas quedā

Item unde supra Ca. xxxiiii.

Etendēdum quoq̄ est q̄ or  
dinatio fieri debet s̄m institu  
tioneꝝ eccl̄ie. ut. s. ille ordinet  
qui habet p̄tatem. Sunt autē quidaz  
ordies sacri. s. ordo subdyaconi. dya  
coni. presbiteri. Alii uero sunt mino  
res et non sacri ordies. ut ordo psal  
miste. hostiarii. exorciste. et acoliti. et  
ordinādi sunt hi omnes ab ep̄is. Un  
s̄m rectam locutionē et canonicaz. illi  
sunt infra sacros ordies qui tm̄ mino  
res habēt ordines. illi autē sunt in sa  
cris ordinibus qui sunt subdyaconi  
dyaconi. presbiteri. Sciendū q̄ nō  
omnes qui sacros recipiūt ordies uo  
tum faciūt continētie. Unde quicūq̄  
aliquem sacri suscipit ordinem nō di  
cimus q̄ uotū continētie faciat sed se

ad cōtinendum tanq̄ si uotum feciss̄  
obligat. sicut si aliq̄ terra ex ātquo o  
nerata est ad soluedum cēsū institu  
tum. qui terrā illam suscipit. ad soluē  
dum talē censum q̄diu terram tenet  
se obligat. et si terrā dimittere uoluerit  
liber homo ab illo recedit. Sed q̄a or  
dinatus nunq̄ pōt amittere caracte  
rem ordinis. iō nunq̄ ab obligatōe cō  
tinentie absolui poterit. unde etiā de  
gradatus nunq̄ matrimonii cōtrabe  
re ualebit. Tamē q̄ manū uolētā in  
degradatum miserit. non est excōmu  
nicatus. quia amisit ea que sunt digni  
tatis et honoris. non ea que sunt ordi  
nis. Et hec de sacris ordinibꝰ et maio  
ribus itelligenda sunt. Adiores eī or  
dines non sunt ad cōtinentiā obliga  
ti. Unde acolitus cum ministra i al  
tari habz aperturā cape sue uersaz ad  
populum. per quod significat q̄ libe  
rum est ei redire ad seculū et ad coniu  
gium si uelit. Et tamen si uxoratz fue  
rit peccat. si tōsuram clericalez preter  
miserit. et si quis eū uolēter leserit ex  
cōmunicatus est. nec etiā decetero sor  
dida uel seua officia exercere poterit.  
Diligēter ergo debet sacerdos omnia  
hec in cōfessione perqrere. ut sciat qd  
iniū gere debeat penitēti.

De singulorum ordinū speciali of  
ficio. Ca. xxxv.

Reterea sciendum quia nō est  
aliquis ordo qui non habeat  
speciale officū sibi annexum. ut ordo  
psalmiste est psallere et cātare in eccl̄e  
sia. et talis ab apostolo dicit ydeota  
qui non intelligit nisi ydeoma suum.  
id est linguā suam. unde sufficit ei dice  
re Amen. Ordo lectoris est legere lec  
tiones omnes preter ep̄lam in ecclesia

Ordo hostiarii est claudere et refera  
re hostia ecclesie et excludere penitentes  
et infideles in tempore statuto. ut uide/  
licet penitentes in die cinerum. et infideles  
in omni tempore. et iterum admittere pe  
nitentes in die cene. unde a matricula  
rii layci qui firmant et aperunt hostia  
ecclesie. nullum habent speciale officium.  
sed tamen hostiarii qui ex ordine suo ha  
bent potestatem excludendi indignos. Or  
do autem exorciste est ad iurare demo  
nes ut exeant ab obsessis corporibus et  
ne possint impedire baptismum. Or  
do autem accoliti est candelabra offerre et et  
iam cereos. Accolitus enim idem est quasi  
ceroferrarius. Licet tamen quatuor sint or  
dines ut dictum est. non tamen dicitur nisi  
unus ordo accolitorum. et tamen hos om  
nes quando ordinatur recipit. Sub  
dyaconus autem dicitur quasi submini  
ster. cuius officium est legere epistolas  
Pauli propter dignitatem epistolarum  
que quandoque euangelio equiparantur.  
Officium uero dyaconi est legere eu  
angelium et ministrare sacerdoti in alta  
ri. Potest etiam dyaconus legere euangeli  
um in ecclesia. sed solum sacerdos expo  
net illud populo. Dicit enim canonicus  
soli sacerdotes potestatem habent predicandi.  
Quis tamen modo propter defectum  
peritorum sacerdotum sustineat ecclesia ut  
etiam in minoribus ordinibus periti pre  
dicent clerici. Est autem ordo dyaconorum  
tamen masculorum. Quis in canonicis inue  
niatur quod quedam mulieres dyaconisse  
fuerint. eo quod in conuentu monialium le  
gerint euangelium. quod modo interdictum  
est. Et sciendum quod nulla mulier unquam  
aliquem ordinem habuit predictorum  
ordinum. sed quia non fuit tutum quod dya  
coni et dyaconisse monialium ingrederentur et le

gerent euangelium. permittum fuit quon  
dam ab ecclesia. Prohibitum est nunc  
in canonicis ne aliqua mulier moni  
alium legat euangelium. et ne monialis  
nec aliqua mulier sacerdoti ministret  
in altari neque contingat pallas altaris. ne  
quod sacra uasa propter periculum menstrui et  
propter periculum sacerdotum. qui moueri  
uisa specie mulieris pulchre possent de/  
facili. Quid autem officium sacerdo  
tis sit patet per hos versus. Sacris do  
tatus et sacris deditus atque Dominus sacra  
sacra docens. et dux sacer esto sacer  
dos. Est etiam dotatus sacris quod ab episcopo ordi  
natus et sacro oleo consecratus. Dedi  
tus est sacris quod officium corpus et san  
guinem christi. Et est eius officium sacra do  
mini uerba docere et eucaristiam popu  
lo distribuere.

Item de clericorum officiis. Ca. xxxvi  
Ebet autem ordinatus intentus esse  
ordini et ministrare in suo of  
ficio in ecclesia. Unde peccat  
si quis ministrat in officio ad quod non  
est ordinatus. ut si psalmista epistolam  
et subdyaconus euangelium legat. Adul  
tum autem peccat laycus qui ministrat in al  
tari. et sacerdos similiter qui permittit.  
Veritamen in pluribus locis propter  
subdyaconorum defectum. illi qui sunt in  
minoribus ordinibus legere epistolam per  
mittunt. Debet ergo sacerdos dum ad  
confessionem eius clerici ueniunt. ab eis  
inter cetera inquirere. utrum ministrerit uel  
ministrauerint in ordinibus suis uel non.  
Sacerdos autem non semper in ordine sa  
cerdotii ministrat. sed quandoque in or  
dine exorciste. ut quando paruulum ex  
orcizat uel quando benedicit aquam. sicut  
et episcopus qui utitur ordine hostiarii  
quando ab ecclesia penitentes expellit.

7 postmodum admittit. Si uero alius  
quis ordinibus minoribus pretermis-  
sis saltu fecerit. 7 ordinatus fuerit i dya-  
conum uel sacerdotem ordinem habet  
quem suscepit. 7 est sacerdos uel dya-  
conus qui nunquam forte fuit accolitus.  
uel subdyaconus. Si autem hoc per igno-  
rantiam uel negligentiam factum fuerit.  
ut contrahit quandoque in pressura mul-  
ta clericorum in ordinibus faciendis. ut  
aliquis ad maiorem ordinem accesserit  
quando accedere ad minorem debuit.  
tales in minoribus debent ordinari or-  
dines antequam ministrant in maioribus  
Sacerdos etiam quando eleuat hostiam  
in altari ultra caput suum in conspectu  
populi. debet prouidere quod protulerit  
illa sacra uerba. Hoc est corpus meum  
7 ita prius confecerit. aliter enim popu-  
lus purum panem adoraret 7 exhiberet  
latriam. i. cultum diuinum pure creature.

De orationibus 7 horis clericorum

Capitulum. xxxvii.

Etandum quoque est quod qui in  
minoribus ordinibus sunt. scilicet  
psalmiste quotidie debent di-  
cere septem penitentiales psalmos ad mi-  
nus. Accoliti septem psalmos cum quibus-  
decim gradibus. Subdyaconi. dya-  
coni. sacerdotes. quotidie debent dice-  
re omnes horas canonicas. ac ho-  
ras de domina. Clerici etiam in minoribus  
ordinibus beneficiati. similiter tenen-  
tur ad horas canonicas quas etiam  
quotidie soluere 7 dicere tenent. licet  
ad horas de domina supportent 7 ex-  
cusentur. Verumtamen institutum est ab  
ecclesia quod semper in sabbato plenum fi-  
at officium de beata uirgine. quia in sab-  
bato post passionem domini omnes a  
fide recesserunt preter beatam uirginem. 71

la enim sola credidit filium suum esse de-  
um 7 hominem. Alii autem qui uiderant eum  
mori. purum credebat eum esse hominem  
Quia ergo predicta die sabbati in pre-  
dicta uirgine stetit fides ecclesie. ideo  
omni die sabbati facit ecclesia plenam  
eius memoriam.

De omni die presbiteri non tenen-  
tur celebrare. Ca. xxxviii.

Sacerdotes autem non tenent om-  
ni die celebrare. sicut nec car-  
tusienses quotidie missam au-  
diunt. nec etiam grisei monachi quando  
sunt in necessitate domus sue.

De horis realibus 7 uocalibus.

Capitulum. xxxix.

Et idem autem est quod sunt hore re-  
ales sicut uocales. Sunt autem  
septem hore reales septem opera  
misericordie. scilicet pascere esurientem. po-  
tare sitientem. uestire nudum. colligere ho-  
spites 7 peregrinos. uisitare infirmos  
7 in carcere positos. 7 sepelire mortu-  
os. quod in Thobia legitur Si quis autem  
circa has horas reales ita fuerit occu-  
patus quod non possit horis uacare uo-  
calibus. bene credimus quod est absolutus.  
magis enim tenemur ad horas reales quam  
ad uocales. Vnde magister Gilbertus  
porretanus cum esset in consortio cu-  
iusdam episcopi. 7 episcopus horas suas di-  
ceret in itinere. 7 nihil pauperibus da-  
ret. statim cum episcopus incepisset aliquam  
horam uocauit pauperem aliquem. 7  
argenteum ei dedit. 7 sic horas episco-  
pi pretermisit. Tunc autem super hoc episcopus  
eum increparet. dixit Tu dixisti horas  
7 ego feci horas. Diligenter ergo debet  
inquirere sacerdos utrum hec omnia com-  
pleuerint sicut eorum ordines exigunt.  
7 potius iniungere horas reales in ca-

su q̄ uocales. Ad utrūq; tamē tenent̄  
omnes in maioribus ordinib; consti-  
tuti nisi absit facultas. ⁊ p̄nia deb; eis  
iniungi qui non fecerit.

De missis p̄ defunctis. Ca. xl.

Vlet at̄ queri si sacerdos plu-  
ribus promittat q; p̄ anua/  
bus parentū snoꝝ celebrabit  
utrū se possit absolvere ab omnibus  
unam missam celebrando? Et dicunt  
multi q; si speciales orōnes pro singu-  
lis. ⁊ in oblatione eucaristie memoriā  
singulorū habuerit. bene se absolvere  
poterit. dūmodo uitet̄ scādalum lay-  
corum. Itē q̄uis paruulis baptisa/  
tis decedētibus nihil pro sit missa p̄  
defunctis. quia statim sunt in gloria.  
tamen propter parentū solacia. ⁊ q̄a  
missa illa prodest aliis defunctis. cele-  
bratur pro eis ad gratiarū actionem.  
Requē eternā dona eis dñe. Sed q̄a  
ecclesia pro pueris baptisatis mortui  
is non orat. ne error apud simplices  
generet̄ q; pro in patria existētib; est  
orandum. ideo tuti⁹ ⁊ securi⁹ ē tales  
orōnes pro eis dimittere. Queritur  
utrum missa pro defunctis pro sit ali-  
cui in inferno uel aliud quodcūq; bo-  
num opus. Pro quo. notādum q; ali-  
qui notātes penā inferni s̄m intensio-  
nem esse finitā. licet s̄m durationē infi-  
nitam dicunt q; multiplicat̄ suffragi/  
is pena illa totaliter auferret̄ quod ē  
erroneum. ⁊ hic error ascribit̄ Orige-  
ni. Sed prepositin⁹ dixit q; pena dā/  
natorum usq; ad diē iudicii per orō/  
nes ⁊ suffragia poterit auferri. sed in  
die iudicii animab; corporibus reite-  
ratis iterū eoz; pena inciperet in eter-  
num duratura. quod etiā est erroneū.  
⁊ ideo firma fide tenēduz q; damnati

mox post mortē penā s̄paratā ī eter-  
num reperient Cuius ratio ē. q̄a pena  
s̄m rigore diuine iusticie non cessabit  
nisi cessante culpa ⁊ ablata. sed q̄a ta-  
les sic decedētes sunt obstinati in ma-  
lo. quare nec diuina iusticia ulterius  
eos puniēdo nō cessabit. ⁊ pro omni-  
bus istis facit uerbum scriptū. In in-  
ferno nulla est redēptio. quare suffra-  
gia p̄ eis facta eis non p̄sunt.

Si eucaristia damnatis dāda sit.

Capitulū xli.

Vlet queri etiā utru; his qui  
trahunt̄ ad patibulū danda  
sit eucaristia. ⁊ utrū suspēsi in  
cimiterio dbeāt sepeliri? De hoc dicit  
canō. Si de omnib; peccatis suis pu-  
ram cōfessionē agentib; ⁊ digne peni-  
tentibus. cōmuniō in fine s̄m canonū  
precepta dāda sit. cur canones ul' ora-  
tionem uel sepulturas eis interdicerēt  
qui pro peccatis suis penā extremam  
persoluerunt. Non iudicabit de⁹ his  
in idipsum. ⁊ hoc intelligēdum est sa-  
no intellectu si ad aliquod tēpus per-  
mansuri sunt in carcere ad diē unum  
duos uel plures ut spēs sacramētales  
penitus ante occisionē sint cōsumpte  
alias non. quia recēter occidēdis non  
est danda eucaristia. ne corpus xp̄i in  
maximā ignominiā sub specieb; con-  
tentum sine ōni reuerētia maneat ī sus-  
pensis uel rotatis seu alia morte tur-  
pi occidēdis. Alibi tamē dicit canon  
Quicūq; aliquo modo seipso occide-  
rint. nō deberēt pro eis celebrari missa/  
se. nec ipsi debēt in cimiterio sepeliri.  
Et ī fine subiūgit. similiter de his pla-  
cuit fieri qui pro suis scelerib; moriū-  
tur. sed hoc tñ de impenitētibus intel-  
legendum est. Ita tamē ex cōsuetudie

ecclesie sunt mutata. quia dānati sole  
bant eucaristiā tenere in ore. ne cū ipsa  
suspederent. Principes em̄ prohibue  
runt ne corpora suspēforū sepelirē/  
tur. sed diu reseruarētur ad terrorem  
alioꝝ. Dicit em̄ se reges eē corporum  
et episcopos animarū. Si at̄ permit  
tant principes dānatoꝝ corpora ad  
ecclesiā ferri. et sacerdotibus de eorum  
penitētia cōstiterit. peccāt nisi tradāt  
eos xpiane sepulture. Ut at̄ ad prio  
ra reuertamur sciēdum est q̄ cum cleri  
ci horas dicūt. in priuato debēt dice  
re bñdictiones ad hoc institutas et uer  
ba propositoria. ut dominus uobiscū  
si sit sacerdos. etiam si nullum habeat  
clericum respōdentem. Et nullū habe  
at in ecclesia nisi unum. dicit tñ domi  
nus uobiscū. Sacerdos enim ē publi  
ca persona loquit̄ ad omnes fideles  
de ecclesia. Similiter respōdere debet  
in persona ecclesie. et cum spiritu tuo.  
et deo gratias et Amē

Unde sit assumptū. dominus uobiscū

Ca. xlii.

De autem uerbū dominus uo  
biscum propriū est sacerdotū  
et est sumptum a libro Ruth.  
ubi Booz dixit messoribus suis. Do  
minus uobiscū. ubi significatū ē q̄ sa  
cerdos subditis suis et parochianis  
debet dicere Dominus uobiscum. Alii  
autē clerici loco illoꝝ uerboꝝ dicent  
Domine exaudi orōnem meam. et cla  
mor meus ad te ueniat. Dyaconus uel  
ro cum legit euangelium propter reue  
rentiam euāgelii dicit. Dominus uobiscū.  
Episcopus at̄ qui precipuus est  
uicarius xp̄i. dicit Pax uobis. hac eī  
uoce usus est dominus ad populos. s̄  
hoc tñ semel dicit in missa. ut intelli

gat q̄ licet uicarij sit xp̄i. debet tamē  
minorib9 se conformare. et ideo dicit  
Dominus uobiscū sicut et alii. Gnan  
do at̄ se uertit ad altare deponit mi  
tram et baculū. quia tñ cum humili  
tate causam agit populi ad deū. quā  
do autē se uertit ad populū. tunc mi  
tram habet et baculū. quia tunc agit  
cum p̄tate causam dei ad populū.  
Sacerdos at̄ quādo dāda ē pax. di  
cit. Pax domini sit semper uobiscum  
ad significādum q̄ non debet q̄s uel  
ad pacē uel ad eucaristiā accedere nisi  
ad omnes pacē habeat pectoris. Est  
enim triplex pax. s. pax pectoris. per  
quam homo dimittere debet omnem  
rancorē omnibus. Et est pax tēporis  
que quādoq̄ nocet quādoq̄ prodest  
Et pax eternitatis que est in patria.  
Hanc triplicem pacem deus tetigit in  
euangelio cum ait. Pax meā do uo  
bis. pacem meā relinquo uobis. Non  
quō mundus dat ego do uobis. Per  
primam notat̄ pax eternitatis. quā  
uocat dominus pacē suā. Per secūda  
notat̄ pax pectoris quam uocat do  
minus reliquias pacis. Tercia est pax  
temporis. quam dominus uocat pa  
cem mūdi cū ait. Nō quō mūdy dat  
ego do uobis. Et q̄re cum sacerdos  
dicit. Pax domini sit semper uobiscū  
bis dicit. Agnus dei miserere nobis. et  
tercio dicit. Agnus dei dona nobis pa  
cem. assignat̄ ratio his uersib9. Agnus  
ab agnosco uel ab agros q̄ pietas ē  
Agnouit patrē. morti parēs genitricē  
Dum puidit ei mundum pietate rede  
mit. Unde bis in missa misereri po  
scimus agnum. Tercia perpetuā pa  
cem sibi poscit ab agno.

De benedictionibus nocturnis.

d

Capitulum .xliii.

Ebent etiã omnes dicere *Ju*  
*be domine bñdicere* ⁊ postea  
bñdictionē dare. Est autē cō

stitutio ecclesie q̄ in quolibet noctur/  
no prima de patre. secūda de filio. ter  
tia de spūs sancto debet eē benedictio.  
Tamen si legat̄ expositio euāgelii. bñ  
dictio erit euāgelica. ut Fons euange  
lii repleat nos dogmate celi. uel San  
cti euāgelii lectio sit nobis salus ⁊ p̄  
tectio. Penultima at̄ bñdictio ī mult̄  
ecclesiis est ista semper. Diuinū auxili  
um maneat semper nobiscuz. Ultima  
autē benedictio ē ista. Ad societate ci  
num supernoꝝ perducatur nos rex an  
gelorum. Nō at̄ quilibet debz sibi no  
uas benedictōes facere. quia ille que  
sunt ab ecclesia institute maiorem ha  
bent uirtutem. Preterea est notan  
dum q̄ est interpositio cum dicit̄. *Ju*  
*be domine bñdicere*. quia hoc nomen  
domine interponit̄. Est enim unū uer  
bum cōpositū iubebñdicere. ⁊ sic decli  
natur. *Jubeobñdicere*. iube bñdicere  
iussibñdicere. ⁊ est idem quod benedi  
co bñdicis benedixi. Unde cum dicit̄  
lector. *Jube domine bñdicere*. idē est  
acsi diceret. *Benedic domine*. simile ē  
uerbum cōpositū. *Jubeo saluere*. iussi/  
saluere. ⁊ significat idēz quod saluto  
tas. tat. Unde poeta. *Orbis amato*  
*rem fuscū saluere iubeamus*. i. salutamz

Sed sunt quidā qui dicūt. *Jube do*  
*mine bñdicere*. dicētes q̄ per hoc qua  
si cum deo loquimur Sed dicere debe  
mus domine. quia om̄i homini dicimz  
domine bñ. Sed hoc inuentum fuit a  
quibusdā monachis qui abbates su  
os uocāt dominos. sed hoc nihil est.  
Hec uox domini est significatiua nec

in aliqua inuenit̄ auctoritate. Unde  
possumus omnes uocare dños. sicut  
dicimus. Dominus papa. dominus  
rex. dominus pōtifex.

Item de benedictōibus nocturnis  
⁊ quare ad *Tu at̄ domine miserere* no  
stri respondeatur Deo gratias.

Capitulum .xliiii.

Ulet enim queri quare in fine  
lectionis cum dicit̄. *Tu autēz*  
*domine miserere nri*. respōde  
atur Deo gr̄as. uidet̄ q̄ potius debe  
at dici. Amen. sicut ad alias responde  
tur orōnes. Interpretat̄ autem Amen  
sine defectu. ut sit sensus. ut sit sine fi  
ne. uel ita est. quia Amē quādoqz po  
nitur deprecatiuē. quādoqz cōfirmati  
uē. Ad predictā uero questionē di  
cendum est q̄ cum dicit̄. Deo gratias  
non respondet̄ ad illam orōnem *Tu*  
*autem domine*. sed ad finē precedētis  
lectionis. ⁊ agimus deo gr̄as de hoc  
quod lectum ē. Cum ergo clerici ad cō  
fessionem uenerint. diligētē ab eis in  
quirēdum est quōd horas suas dixē  
rint. ⁊ qualiter in ordinibus suis mi  
nistrauerint. ⁊ iniungendum est negli  
gentibus ut suppleāt p̄termisā. Lay  
cis omnibus iniungēdum est q̄ singu  
lis diebus mane ⁊ uespere dicāt orati  
onem dominicā ⁊ symbolū apostolo  
rum. s. Eredo in deū ⁊c. ⁊ signēt se sig  
no scē crucis dicētes. In noīe pa. ⁊ fī  
lii ⁊. s. s. Amē. ⁊ quotiēs ad mēsam sel  
derint cibū suū benedicāt. ⁊ sicut sciūt  
gratias deo agāt. Narrat enim bea  
tus Gregorius q̄ cum quedā mulier ef  
set demoniaca. ⁊ sacerdos adiurasset  
demonē ut exiret. respōdit demō. Fa  
cis mihi iniuriā. per me at̄ in hāc muli  
erem non introiui. sed ipsa me imisit.



Cum enim sederē in orto super lactu/  
cam mulier ingressa uidēs lactucā ac  
cepit eā sine benedictōe ⁊ me simul euz  
lactuca comedit. Preterea dicēdum  
est laycis ut quotiēs comedūt aliquā  
deo dent elemosinā. Maldicta eī mē  
sa in qua xps non fuit.

De periculis in officio sacerdotū  
Capitulum. xlv.

Est hec dicendum est de peri  
culisque sepe accidūt circa of  
ficiū sacerdotis Contigit em̄  
quōq; qd cū sacerdos puenerit ad egro  
tum nō p̄t loqui egrotus. ⁊ dubitat  
utrum debeat ei dare eucaristiā. qd cō  
fessionem ei⁹ non habuit. Et nemini  
debet dari eucaristia nisi penitēti. Vñ  
si aliquis ipenitēs manifeste petit eu  
caristiā non debet ei dare Si q; ver  
bis exterioribus fidē xpi confiteat. ⁊  
in priuato dicat sacerdoti. nō adhuc  
possum penitere de hoc pctō. non po  
test ei sacerdos eucaristiā in publico  
negare. sed moneat exactorem timere.  
Exactor em̄ est qui instāter petit euca  
ristiā. ⁊ tamē non uult penitere i pri  
uato. ⁊ ille idem dicit pinguis terre. ⁊  
in tali casu est exactor perplexus iter  
duo peccata mortālia. Si em̄ corpus  
xpi sumit. mortaliter peccat. quia in  
digne sumit. ⁊ iterū si non sumit pec  
cat mortaliter. quia penitere tenetur  
sumere. Quādoq; enim penitēti prop  
ter enormitatē delicti precipit a sacer  
dote ut abstineat ab eucaristiā usq; ad  
peractā penitētiā uel partē penitentie  
uel etiā usq; ad exitū uite sue Credim⁹  
autē qd si egrotus loqui non potest. et  
si per aliqua certa indicia itelligat eū  
sacerdos esse penitētes. debet ei dare  
corpus xpi. quia illum reputare debe

mus confessum. qui si posset cōfiteri  
ueller. Sicut ecclesia illum esse reputat  
baptisatum qui desiderat baptisari.  
⁊ non est qui eū baptiset uel ppter de  
fectum aque uel ppter impedimētuz  
Ite unde supra. Ca. xlvj.

Tem ē aliud periculū. qd se/  
pe cōtingit qd infirmus nullū  
potest retinere cibū. ⁊ si sume/  
ret eucaristiā statim reiceret. ⁊ ita ni  
hil ei prodesset cum eaz deglutire non  
posset. Vnde quoddā contigit mira  
culum circa Mauriciū parisiēsem epi  
scopum. Cum em̄ in extremis labora  
ret. ⁊ nullum cibū deglutire posset. sa  
cerdotes ipsum pie deludere uoluerūt  
⁊ non cōsecratā hostiā sibi porrexe  
runt. Ipse at dixit. non est hic domi  
nus meus. Iterum similiter non conse  
cratam ei porreixerūt hostiā. ⁊ respon  
dit ut pri⁹ Ad ultimū uero corp⁹ xpi  
uerum ipsi porreixerūt. ⁊ ipse per spiri  
tū sanctū edoctus rēdit. Vere hic ē  
dominus meus. ⁊ ita sumpsit corpus  
xpi. Credimus at in predicto casu qd  
licet egrotus non possit deglutire. ta  
men si gustus su⁹ fuerit immutat⁹ per  
usum forme panis uel uini satis sum  
psit corpus xpi Cautē tamē prouidē  
dum ē ne reiectio illa effundat. sed in  
mundo uase recolligat. ⁊ comburat. ⁊  
combustio in sacrario mittat. Si autē  
alicui propter gulositatē cōtingat vo  
mitus post eucaristiē sumptionē. sicut  
contigit sepe i paschali tēpe dēt layci  
in cōfessione instrui ut reiectiōne illaz  
colligāt ⁊ cōburāt ⁊ ad sacrariū dese  
rant. Et si hoc ex crapula ⁊ gula ⁊ nō  
ex infirmitate contingit. debet iterum  
in cibo quadragesimali aliā quadra  
gesimaz incipere. ⁊ peracto ieiunio ite  
d 2

rum communicare. Si uero hoc sacerdoti contigerit multo magis puniendus est propter hanc causam institutum est in ecclesia. ne consecratio fiat in calice cupreo uel staneo. quia tale metallum prouocat ad nauseam. Similiter institutum est ne fiat consecratio in uase ligneo. lignum enim porosum est et possent aliquae gutte uini consecrati poros ligni subintrare.

Item unde supra.

Item aliud quandoque accidit periculum. scilicet quod aranea incidit in calicem siue musca uenenoosa. quid tunc sacerdos faciet? Legitur de quodam sacerdote quod sumpsit totam araneam cum sanguine domini. nec sensit lesionem. sed hoc non est trahendum ad consequentiam. quia non debet sacerdos temptare dominum. ut faciat pro eo miraculum. Magnam enim esset miraculum si sumeret uenenosum aliquod et non moreretur uel statim reuerteret. Comburet autem quicquid est in calice cum ipsa aranea. et mittet in sacrarium. Ad id tam est ut aranea comburatur per se. et forma uini per se. Propter hanc autem causam institutum est quod calix et ipsum altare mundo panis cooperiantur et nunquam sub diuino celebratur. id est sub aere nudo. ne etiam immunde aures superuolare possint.

Item unde supra.

Item contingit quandoque quod calix in manu sacerdotis cadit et effunditur. et tunc sicut dicit canonicus si hoc per negligentiam contigerit sacerdos debet penitere quadraginta dies in aqua et pane. si transierit effusio per primam et secundam partem altaris. Si autem per unam transierit. per uiginti dies penitebit. Sacerdos autem debet labere et su-

gere et extrahere quantum potest effusio uem ab illis pallis. Et si potest extrahi illa pars palles debet comburi que per talem madefacta fuerat effusione. Si uero ad lapides peruenerit. debet lapis abradi. et abrasio in sacrarium mitti. Propter hanc causam institutum est quod ad minus super altare due sint palles benedictae. sed et non benedicta apponitur ut bibat sudorem et immundiciam lapidis. ne ad pallas benedictas pueniat. Sudant enim sepe lapides et precipue marmorei quando aer spissus est et madidus. Propter hanc causam institutum est etiam ne quis celebret in nauis. quia propter motum nauis posset calix cadere. Propter eandem causam institutum est etiam ne quis celebret nisi super firmum lapidem. quia dixit dominus quod ecclesia fundata est super firmam petram. Et ideo nullum altare debet consecrari nisi bene firmatum sit super basim aliquam in terra fixam. uel si altare sit portabile. debet firmiter coniungi in aliqua capsula lignea uel alia. et si motus fuerit lapidis ab illa capsula perit tota benedictio et debet iterum lapis firmari et consecrari antequam super ipsum celebretur. Debet etiam esse lapis tate quantitates quod calix stans super ipsum non possit attingere lignum capse ex aliqua parte. Tamen enim supra firmam petram ut predictum est celebrari debet. Tanta etiam est uirtus in petre firmitate. quod si aliqua fuerit dedicata ecclesia et aliquo modo maior altare motum fuerit. perit tota benedictio et iterum dedicanda est ecclesia. Unde si excoicatus super altare consecratum celebrauerit. non est alia pena nisi ut moueat illud altare. quia sic perit tota consecratio. Ad hoc enim instituta

sunt altaria portatilia . ut possit celebrari in loco non cōsecrato tēpore necessitatis . ut in expeditōe uel in alicuius magni uiri infirmitate . In hoc casu bene pōt celebrari in tētorijs ⁊ cameris nobiliū . Tamē negligentia est si aliquo modo accedere possint ad ecclesiā aliquam ⁊ ibi audire ⁊ non accedant . Item aliud est periculū si incipiat egrotare sacerdos cum celebrat ī altari . ita ut opus inceptū p̄ficere nō possit . In tali at casu si presens est alius sacerdos perficere debet . ⁊ ibi incipiet ubi egrotās sacerdos dimisit . si idē care pōt ubi dimisit . Si uero nō pōt indicare ibi incipiet ubi per certa signa priorē crediderit dimisissē . Si autē sacerdos non est presens . expectet usq; ad crastinū . ⁊ clericus sibi q̄ poterit alii ubi debeat incipere indicet sacerdoti . Item est aliud periculū . si ita negligēter eucaristiā sacerdos reposuit q̄ mus uel uermis uenenosus accedat . ⁊ formā panis corrodat . Sed in tali casu hostia illa nō debz sumi . p̄pter periculū ueneni . sed comburi debet ⁊ in sacrariū mitteri . ⁊ sacerdos talē a celebratōe missē ad minus per septē septimanas debet abstinere . Nunc autē institutum est in ecclesia ut eucaristia sit sub clauē conseruata ne mures uel uermes possint attingere ⁊ etiā ne possint fortuarie accedere ⁊ sua inde ueneficia uel sortilegia facere . Vb eandē quoq; causam statutū est ut fons baptismatis bene sit cooperatus ⁊ cum aliquo repagulo conseruatus .

De matrimonio Ca. xlvii.

In tractatu de penitētia que unum est sacramētum . ⁊ de alijs etiā tribz diximus sacra-

mentis . s. de baptisinate ⁊ de ordine ⁊ de eucaristia . Restāt adhuc alia tria . scz matrimonū . cōfirmatio ⁊ extrema unctio . Est at matrimonū coniūctio maris ⁊ femine legitima . indissolubile uite retinens consuetudinē . Dicitur autē potius m̄rimonium q̄ p̄rimoniū . Mater enī plures sustinet angustias in portādo . generādo . ⁊ nutriēdo paruulum q̄ uir . proprie tamē dici p̄t cōiugium . quia eque pertinet ad uirū ⁊ ad feminā . Legitimā autē coniūctio nem facit cōsensus . quia sicut dicitur in canone . solus cōsensus facit m̄rimonium . Aliud tamē ē consensus aliud matrimonū . Sunt autē ista duo unum m̄rimonium unus cōsensus uiri alter mulieris . quādo scilicet simul cōsentiunt in perpetuā copulā . Matrimonium autē suē cōiugium est illud uinculum quo firmiter simul ligati sunt ex consensibus . ortū est illud uinculū in duobus simul sicut in uno uiculo aliqui duo colligātur . Est autē consensus aliquid interpretatiuus . ut si qs dec fidem de aliqua ducēda ⁊ postea agnoscit eā carnaliter . Sūmus uero pōtiffex interpretat in ipsa carnali copula mutuū interuenisse cōsensum . ⁊ idō ibi uerū dicit eē matrimoniu . Patet ergo q̄ uir ⁊ mulier cōtrahere p̄nt matrimonū inter se sine sacerdote . ⁊ ōnibus alijs in quocunq; loco dumodo consentiāt in perpetuā uite cōsuetudinem . Tamē propter reuerentiā matrimonii multa sunt addita ad securitatem ⁊ solēnitatē . Debet enim in ecclesia fieri triplex denunciatio . anteq̄ uir et mulier coniugant . utrū coniungi possint legitime . ⁊ hoc propter magnā securitatem est factū . Si em̄ postmodū

accusetur m̄rimonium. illi qui presen/  
tes fuerūt quādo denūciatio facta ē.  
⁊ tūc tacuerūt. nihil postea dicere p̄nt  
nec testes eē cōtra illud m̄rimonium.

Itē nisi m̄rimonium cōtraheret ī fa/  
cie ecclesie cum solēnitare ⁊ sacerdotis  
b̄ndictione ⁊ anulo imisso ⁊ uelamē.  
nesciret an matrimoniū esset uel non. ⁊  
non in magna reuerētia haberet. Sta/  
tutuz est etiā in ecclesia q̄ si aliqui sine  
solēnitare ecclesie inter se contrabant.  
non debet haberi uel dici iter eos ma/  
trimoniū. donec corā ecclia cum solē  
nitare coniugant̄ debita.

De consensu ueri matrimonii.

Capitulū. xlviii.

St autē talis forma contra/  
hendi m̄rimonium. ut scz vir  
dicat mulieri. Accipio te ī me  
am. ⁊ mulier respōdeat. Accipio te in  
meum. tunc uerus est cōsensus p̄ uer/  
ba de presenti ⁊ uerū matrimoniū. Si  
autem dixerint. Accipiā te in meā uel  
meum. non uerus est cōsensus per uer/  
ba de futuro ⁊ nullum matrimoniū.  
⁊ Preterea quādo apponit̄ cōditio. cau/  
te debet attēdi. quia pōt esse talis cō/  
ditio que euacuat substāciam m̄rimo/  
ni. licet enim cōsentiāt per uerba de p̄  
senti. ut si dixerint inter se. Accipio te ī  
meum uel in meā. tali cōditiōe q̄ ste  
rilitatem. p̄curem⁹. ut nunq̄ generare  
prolem possim⁹. tunc nulluz inter eos  
est matrimoniū. quia talis cōditiō cō/  
tra substāciam est m̄rimonii. Similiter  
si dixerit aliqua. Accipio te in meum  
hac cōditiōe q̄ liceat mihi cuz alio  
uiro dormire. nullū est matrimonium  
ut multi dicunt. Sed si dixerit mulier  
Accipio te in meū si occidas illuz uel  
illum hominē. m̄rimoniū est. Illa em̄

conditio non est cōtra m̄rimonii sub/  
stāciam. ⁊ ideo in tali casu teneat̄ li/  
citur ⁊ frangat̄ illicitū.

Etēdum etiā q̄ cōsensus ī ma/  
trimonio nō solum debet eē uer/  
borum sed etiā animoz. Vnde si qs  
fictē dicat. Accipio te in meā ⁊ in aio  
suo nō cōsentiāt. sed hoc ideo dicit ut  
eam corrumpat. non est ibi matrimo/  
nium quātum ad deuz. sed quantum  
ad ecclesiā matrimoniū est. si coraz ea  
factum est. Deus em̄ diiudicat de oc/  
cultis. ⁊ homo iudicare non pōt nisi  
de manifestis. Diligēter ergo debz sa/  
cerdos inquirere quādo de talibz est  
suspicio. cuiusmodi cōsensus inter ui/  
rum ⁊ mulierē interuenerit. Sed uero di/  
citur. Indissolubile uite retinēs cōsue/  
tudinē. non est itelligēdum de omni  
matrimonio. Est em̄ quoddā m̄rimo/  
niū iniciatū. ut quādo fit cōsensus p̄  
uerba de p̄nti. Et est quoddā cōsum/  
matū. ut quādo interuenit copula car/  
nalis. ⁊ sunt in fide catholica. primū  
est solubile. In primo em̄ casu. s. quā/  
do post cōtractum per uerba de pre/  
senti ante carnalē copulā bene potest  
uir uel mulier intrare religionē altero  
inuito. ⁊ solutū est matrimoniū. ⁊ per/  
sona que reliquitur ī seculo accipe po/  
test aliā sicut dicūt canones. sed hoc  
fieri non potest nisi infra sex menses.  
postea uero neutro licet. Similr m̄ri/  
moniu⁹ per carnalē copulā cōsumma/  
tum in dispari cultu solui potest. ut si  
iudeus uel iudea cōuerti ad fidē uelit  
⁊ altera persona noluerit. Dicit em̄ ca/  
non q̄ contumelia creatoris uiculum  
soluit matrimonio circa illum qui relī/  
quitur. Vnde infidelis in infidelitate  
sua remanēs nec fidelē sequi uolēs ad

huc matrimonio obligat. et si alii ad/  
benerit. adulterium committit. Fidelis autem  
penitus est a vinculo matrimonii abso-  
lutus et aliam ducere potest personam. scilicet si/  
delem. Si tamen infidelis habitare vo-  
luerit cum fidele patienter sine creato-  
ris contumelia et christianitatis. non dicitur so-  
lutum esse matrimonium. quia sicut dicit  
Paulus apostolus potest uir infidelis pro  
mulierem saluari fidelem. et similiter infide-  
lis mulier per uirum fidelem. Unde bonum  
est in hoc casu eos cohabitare. Cuius-  
dam tamen dicitur quod conuersus ad fidem  
si nolit recipere infidelem cohabitare  
uolentem. peccat mortaliter. quod cre-  
dimus esse uerum cum sic habeat cer-  
tam spem eam conuertendi. Alii tamen di-  
cunt sicut etiam uidetur uelle glosa super  
primam epistolam ad Corinthios. Quod  
conuersus ad fidem licite potest dimitte-  
re uxorem conuertentem siue cohabi-  
tare uelit siue non. Hic tamen scien-  
dum quod si coniunx fidelis uel ad fidem con-  
uersus fuerit alium uirum uel uxorem si-  
bi matrimonialiter coniungere non potest. ni-  
si in tribus casibus. Primus si coniunx  
infidelis nolit habitare cum fidele. Se-  
cundus si uult cohabitare sed non sine  
contumelia creatoris. Tertius si infi-  
delis niteretur fidelem ad infidelitatem tra-  
here. per quolibet horum casuum sol-  
uitur uinculum matrimonii. etiam antequam  
aliud contrahatur. et si coniunx infidelis  
ante secundum contractum conuertere-  
tur. non liceret fidelem aliud contrahere  
matrimonium. sed manere cum coniuge  
infideli. Quod autem dicitur supra  
epistolam ad Corinthios. intelligen-  
dum est de illis de quibus non est spes  
aliqua conuersionis. Si uero iniciatum  
matrimonium fuerit consummatum. et ra-

tum nunquam separari possent eis uiuen-  
tibus quantum ad substantiam scilicet quan-  
tum ad cohabitationem. scilicet causa forni-  
cationis uel ex pari consensu. Si enim  
mulier fornicata fuerit. bene potest uir  
eam relinquere quantum ad thorum. et si  
adulterium fuerit manifestum. ita quod pro-  
bati possit. et quantum ad omnia necessa-  
ria. sed ea uiuente aliam non potest ducere  
sed eadem si uoluerit sibi reconciliari  
poterit. Idem enim iudicium est de mu-  
liere. Similiter si ex pari consensu reli-  
gionem intrare uoluerint soluit matri-  
monium quantum ad cohabitationem  
sed neuter sine altero intrabit religio-  
nem. quia sicut dicit canon. non potest  
altera pars manere in seculo et altera in  
claustrum. Tamen sicut dicit canon si altera pars  
sola ita senio sit confecta quod nulla possit  
haberi suspitio de ea fornicationis.  
bene potest manere in seculo. et altera  
pars in claustrum. Remanens tamen in  
seculo continentiam uouere debet. Si autem  
inuita muliere religionem uir intravit  
ipsum extrahere etiam confusum et cu-  
llatum poterit.

Quod neuter alterum relinquere potest.  
Capitulum xlix.

Duplex autem casus est in quo  
neuter alterum potest dimit-  
tere. causa scilicet fornicationis.  
ut si alter fornicet propter defectum al-  
terius. ut si uir reddere debitum nolit  
uxori. similiter si uterque fornicat. neu-  
ter alterum relinquere potest. Crimina  
enim criminibus compensantur.

De matrimonio paruulorum  
Capitulum l.

Tantum autem ad priora redeamus  
sciendum est quod cum in parua-  
lis consensus esse non possit.

d 8

quia nesciunt quid faciunt. nullus est inter eos m̄rimoniū Sustinet q̄nq; tamen ecclesia cōiunctionē talium propter cōfederationē nobiliū uel propter bonum pacis uel aliā ecclesie utilitatē Cum at̄ ad ānos discretōis peruenerit se relinquere poterūt. uel tunc cōsentire ad inuicē si uolunt Si tamen altera persona in annis discretionis fuerit. 7 etatis altera minoris. oportet q̄ maior donec minor ad annos discretionis ueniat expectet. 7 tunc minor si uoluerit cōtradicare poterit. Sz si tūc minor cōsentire uelit. maior nec tunc potest nec prius potuit recedere. quia semper ligatus fuit. Itē dicit canon q̄ triplex est bonum cōiugii. s. fides. proles. 7 sacramētum. Fides ut neuter alteri faciat iniuriā in corpe suo. sed cum uetulus cōtrahit cum uetula. non est bonum cōiugii. quia spes p̄lis non est ibi. Unde sciendū q̄ m̄rimonum primo fuit ad necessitatez institutum. quia non prouidit dominus alium modū multiplicādi filios ad optionis. Nunc at̄ matrimonium cōcessum est ad remediū ut ait Apostolus Adelius est enim nubere q̄ uri Et iterum. Unusquisq; suā uxorez habet at̄ propter fornicationē. Sed mirū est quō sacramētum dicit̄ eē bonū cōiugii cum ipsum cōiugii sit sacramentum. Sed ad hoc dicēduz q̄ ibi duplex sacramētum est. quia ipsum matrimonii sacramētum est coniunctio nis xpi 7 ecclesie. Inseparabilitas at̄ m̄rimoniū aliud est sacramētum. significat enim inseparabilitatē xpi 7 ecclesie

De impedimentis matrimonii.  
Capitulum. li.

Unde autem impedimēta matrimonii. s. ordo. habitus. dispar cultus. error persone. error cōditionis. ligatio. cognatio carnalis. cognatio spiritualis. interdictū ecclesie. Suedā autē istorum matrimonium impediunt contrahēdum 7 dirimunt cōtractum. ut ordo. habitus. cognatio. quedā impediunt cōtrahēdum sed non dirimunt cōtractum. ut uotum simplex 7 quedā cognatio spiritualis. de quibus dicit̄ inferius. Est autē quoddā uotū necessitatis ut uotum baptismi. quoddā uolūtatis. ut uotum cōtinētēz abstiniētie. 7 tale uotum sic describitur. Uotū est promissio melioris boni cum deliberatione animi uoce uel opere firmata. Tria t̄ debent esse in uoto. mentis conceptio cordis deliberatio. uocis pronuntiatio. Promissio melioris boni dico. quia non debēt mala uoueri. 7 si uentur non debent impleri. Vñ canō dicit. In malis promissis rescinde fidem. i. turpi uoto muta decretū. Ideo enim dicit̄ promissio melioris boni. quia illa que sunt in precepto uel in prohibitione non solēt uoueri quia qui libet tenet̄ illa adimplere. sed ea q̄ sunt de consilio ut ieiunare. cōtinere. religionem intrare. uoueri solēt. Ad cōsilia enim implenda non tenet̄ aliquis nisi uolūtarie ad hoc se affixerit. Euz deliberatione animi dico. q̄ si quis incaute per obreptionē uouerit aliquid. nō est uotum. Ideo at̄ dico ore uel opere firmata. quia licet aliquis nihil dicat per aliquam tamē susceptōem cordis uel habitus uotū suum cōfirmare potest. sicut 7 mutus per aliqua iudicia cōsensum suum cōfirmare pōt m̄rimonio.

Votum at aliud est simplex aliud so-  
 lenne. Solenne uero est quod fit in fa-  
 cie ecclesie cum aliqua solennitate. ut cum  
 quis ordinem suscipit uel habitum reli-  
 gionis. et ut cum aliquis facit promis-  
 sionem suam in manus epi uel sacerdo-  
 tis. uel sup altare. et tale uotum semp im-  
 pedit matrimonium contrahendum. et diri-  
 mit contractum. Si uero de continentia  
 fuerit. si de peregrinatione uel de ieiunio  
 uel aliquo consimili. nullum est impedimen-  
 tum matrimonii. De uoto at simplici  
 dissentio est inter doctores. quia vo-  
 tum simplex est sicut quosdam quod ho-  
 mo facit per se sine omni solennitate. et  
 tale impedit matrimonium contrahendum  
 sed non dirimit contractum. Alii dicunt  
 quod qui sic uouet eque se obligat quan-  
 tum ad deum. ac si magnam adhibeat  
 solennitatem. et post tale uotum nul-  
 lum est matrimonium quantum ad  
 deum. sed quia probari non potest tale  
 uotum. ecclesia reputat eum matrimonium  
 et cogit obseruari. Dicunt etiam quod uo-  
 tum simplex est illud quod fit per uer-  
 ba de futuro. ut cum dicit aliquis uoueo  
 quod intrabo religionem. uel continebo me  
 post talem et talem uirum. Sic autem uo-  
 uens ante tale terminum contrahit ma-  
 trimonium. quia fortius est matrimonium  
 uinculum tenet matrimonium et non uotum.  
 Hec est ratio. quia qui uouet de futu-  
 ro promittit quod dabit deo continentiam  
 et nondum dat. Sed quia qui uouit per  
 uerba de presenti. statim quod uouit  
 dat deo. et facilius reuocat promissum  
 quam datum. sed peccat mortaliter contra-  
 hendo. quia non soluit deo quod pro-  
 misit. Patet ergo quod consensus iste in ma-  
 trimonium est peccatum mortale. sed ta-  
 men ex illo ortum est quoddam bonum

scilicet matrimonium quod semper est  
 bonum quando est uerum. Si tamen mori-  
 acur mulier reminiscere debet primi vo-  
 ti et ipsum persolvere debet. nec de iure  
 postea sicut nec prius potuit matri-  
 monium contrahere. Si tamen contraxe-  
 rit tenebit matrimonium. sed grauis est  
 ei iniungenda penitentia. Notandum  
 uero quod mulier uiri est et non potest a-  
 liquod speciale ieiunium preter com-  
 munia anni ieiunia. et si uel per sacerdo-  
 tem uel per uotum mulieris factum fue-  
 rit. uir totum si consentire non uult im-  
 mutabit. Tenet etiam mulier in tali sta-  
 tu tenere corpus suum ut sit abile ad  
 reddendum uiro carnale debitum. Sicut  
 et si puer uirior fecerit uotum. potest per  
 mater reuocare si infra annos discre-  
 tionis et pubertatis fuerit factum. Sicut  
 anni pubertatis in uiro quatuordecim.  
 in femina duodecim.

Si hi qui intrant religionem possunt  
 contrahere matrimonium. Ca. lii.

Veritur autem de his qui in-  
 trant religionem ad experiendi-  
 am utrum expleto anno si ex-  
 terint matrimonium contrahere possunt.  
 Et dicit unus canonicus quod talis qui sic ex-  
 it post annum non potest manere in se-  
 culo. sed debet cogi ut mitiorem reli-  
 gionem intret. ex quo illam quam elegerat  
 sustinere non potest. Cum enim ha-  
 bitum et tonsuram assumpsit. intelli-  
 gebatur uotum fecisse in generali. uel ad  
 illam uel ad aliam religionem. Alii ca-  
 non dicit quod si experientia fuerit alicuius  
 ingressus. potest si uult exire. et ad  
 seculum redire et matrimonium contrahere  
 et filios generare. Hec autem ita soluit  
 contrarietas. Si talis quando ingres-  
 sus est religionem tacuit nec ore expressit

q̄ uotum fecit. ad seculū redire nō poterit. sed ad mitiorē debet cōpelli religionem. Si aut uolūtatem suam ex̄p̄s/ sit ⁊ sibi iuris sui libertatē retinuit. dicens. sciatis quia nullo mō uotum facio. sed per hunc annū ordinē experiri uolo. qui si mihi nō placuerit ad seculum redibo. Unde postea si manē noluerit. matrimonū pōt contrahere.

Notandū etiam q̄ si aliquis ul' aliqua in feruore egritudinis uotū fecerit ⁊ habitū assumpsit. cessante illo feruore habitū reiicere. ⁊ si reddidit etiam habuerit ecclesiasticos recuperare poterit. Presumit em̄ canō q̄ uotū illud non fuit discretū nec ex certa animi deliberatione factū. precipue si constiterit q̄ uana locutus fuerit. ⁊ perturbata mentem in illa egritudine habuerit. Unde tale uotū non impedit matrimonium. Verūtamen si postea ad cōfessionem uenerit. ingret sacerdos ī quo statu fuerit mētis quādo uouit. ⁊ habitum assumpsit. Ipse enim seipsum decipere poterit. scit enim si sanā mentem tunc habuit. quam si habuit animā suam nisi uotū obseruet dāmficabit. licet ecclesia cui de hoc constat ipsum ad obseruationē uoti non opellat. Breterea notādum q̄ apostata qui relinquit habitum religionis ⁊ egreditur ita odiosa est persona. ita q̄ nec etiam pater ul' frater potest euz recipere in hospitio uel ī mēsa. ymo dicit canō q̄ excōmunicari debent si receperunt fugitiuū. si uero receperit filium nō religiosū in sed aliquo alio modo excōmunicatum sustineret ecclesia. Nā talem non tenetur pater ⁊ mater filiuū uitare.

De consanguinitate ⁊ eius impedi

mento.

Capitulū. liii.

Equitur de cōsanguinitate.

Consanguinitas autē est unicum diuersarū personarum carnali propagatōe extractū. ab eodē stipite descēdentium. ita q̄ non excedat septimū gradum. Sed modo distinguit usq̄ ad quartū. Linea ē ordinata collectio personarum cōsanguinitate coniectarum. diuersos gradus in se cōtinens. ⁊ eos scdm numerū ab unitate stipitis distinguens. Et est prima linea ascendētium in qua sunt pater auus abauus ⁊c. Secūda descēdentium in qua sunt filii ⁊ ceteri qui inferiores nostri sunt. Tercia linea ex trāuerso posita etiā est duplex. Una em̄ oritur a nobis ⁊ protēditur in fratres nostros ⁊ successores eorum. Altera a superioribus nostris oritur ⁊ in fratres eorum protēditur ⁊ eorū successōes. Ab inferioribus non est linea. q̄ oēs qui ab inferioribus nascuntur a nobis descēderunt. Gradum canonicū duae persone cōstituunt. quia talis gradus distinguitur ad hoc ut sciat iter quas personas possunt esse nuptie que eē nō possunt nisi iter duas personas Gradum legalem unica facit persona. q̄ talis gradus distinguitur ad hoc ut sciat que persona possit unicuiq̄ p̄sone succedere in hereditate. succedit q̄n q̄ una uni. Gradus canonicus est cōpetens habitudo consanguinitatē personarum equaliter per eadem lineam ab eodem stipite descēdentium. Gradus legalis est competens habitudo distantie personarum consanguinitate iunctarum qua generationis p̄cessu distent inter se cognoscit.

Itē unde supra. Ca. liiiii.



In linea ascendente prohibentur nuptie usque ad infinitum. In linea ex transverso usque ad septimum gradum secundum antiquos sed nunc ultra quartum gradum matrimonium est. Prohibite sunt ab aliquibus personis similiter in linea descendente usque ad infinitum nuptie. Semper enim idem est sanguis qui descendit ab eodem stipite directe per naturales successiones. Unde si Adam hodie uideret. cum nulla persona in mundo matrimonium contrahere posset. omnes enim sunt sanguinis eius qui per directam ab eo descendunt successionem. Sed quia semper magis ac magis uariatur sanguis per lineas transuersas. ideo qui sunt in illis lineis cum peruenerint ad distantiam in canone constitutam. inter se bene possunt contrahere matrimonium. uerbigratia Duo fratres ab eodem descendunt stipite. Illi autem qui a duobus descendunt fratribus sunt idem sanguis cum stipite sed non ex toto idem sunt inter se. Variatus enim est sanguis per diuersitatem duorum fratrum. Gradus autem canonici sic sunt distinguendi Stipes nullum facit gradum sed persone que ab ipso procedunt primum faciunt gradum. et sunt sibi coniuncti in primo gradu. ut duo fratres et due sorores. uel frater et soror. persone autem que descendunt ab illis duabus sunt in secundo gradu. et sequentes in tercio. et descendentes ab illis sequentibus in quarto. Sive autem ulterius ab illis descendunt in nullo sunt gradu consanguinitatis ad inuicem. et ideo bene inter se bene possunt contrahere matrimonium. Et est uulgaris regula talis. Quotiescunque inter aliquas personas consanguinitas que

ritur. recurendum est ad stipitem unde ille persone descendunt. et stipes scilicet mater et pater ponendus est in medio palme et proles procedentes ab illo stipite. scilicet uel duo fratres uel due sorores. uel frater et soror ponendi sunt in duabus iuncturis primis digitorum duorum. quorum unus dicitur medicus. alius medius. Deinde ponendi sunt secundum ordinem ille persone que descendunt ab uno fratre in sequentibus iuncturis unius digiti usque ad summitatem eius. Postea ille persone que descendunt ex altero fratre ponendi sunt in ordine in sequentibus iuncturis alterius digiti usque ad summitatem eius. Ille ergo persone que sunt in duabus primis iuncturis scilicet cet duo fratres uel due sorores. uel frater et soror hi sunt in primo gradu. Ille uero persone que in duabus sequentibus ponuntur iuncturis in secundo sunt gradu. Et ille que in tertiis iuncturis duorum digitorum predictorum ponuntur. sunt in tercio gradu. Ille autem que ponuntur in summitatibus illorum digitorum sunt in quarto gradu. Et ille que ulterius ab eis descendunt. non sunt in aliquo gradu. et ideo bene ponuntur in digito. Si autem equaliter distat a stipite ille due persone de quarum queritur consanguinitate. tunc utendum est hac regula Considerandum quoto gradu distat a stipite illa persona que magis distat. et in eodem gradu sunt ille persone de quibus queritur. Verbigratia. Sit una persona in quarto gradu ex parte unius fratris. et altera in secundo gradu ex parte alterius fratris. illa ergo persona que est ex una parte in quarto gradu. et illa que est ex altera parte in secundo sunt ibi adiuncte in quarto

gradu. i. eque sunt uitade inter se. ac si  
essent ambe i quarto Et sm hac regu/  
lam illa persona que est ex parte uni/  
us fratris in secundo gradu est. ⁊ alte/  
ra persona que ex parte eiusdem fra/  
tris est in tercio gradu equaliter atti/  
nent illi persone que ex parte alterius  
fratris in quarto gradu est. quia illa  
que est in quarto gradu ex parte unius  
fratris equaliter uitare debet omnem  
personam ab alio fratre descendente  
usq; ad quartum gradum. quia nulla p  
sona que ab uuo fratre descendit usq;  
ad quartum gradum coniungi potest cum  
alia persona que ab altero fratre usq;  
ad quartum gradum descendit.

De affinitate ⁊ primo eius genere.

Capitulum. lv.

Equit de affinitate. Affini/  
tas autem est regularitas per  
sonarum ex nuptiis proueni  
ens omni caris paritela. Nuptias ac  
hic uocamus omnem concubitum na/  
turalem siue fornicariuz siue legitimū  
Eque enim contrahitur affinitas p for  
nicationem. sicut per legitimū matri/  
monium. non em magis possum con/  
trahere cum fratris mei fornicaria q̄  
cum eius uxore si fuerit mortua. Dici  
tur affinitas quasi ad finitas. quia a  
fine unius cognatōis transit ad fines  
alterius cognatōis per copulā carnis  
sicut homo a cōfinito unius prouicie  
sepe trāsit ad fines alterius. Sūt autē  
tria affinitatis genera que scdm hāc  
formant regulam. Persona psone ad  
dita per carnis copulam genū mutat.  
⁊ non gradum Verbigratia. Ego ha  
beo fratrem. addat ei uxor per carna  
lem copulaz. illa persona addita mu  
tat genus. quia non est consanguinea

sed affinis. Gradum autem non mu/  
tat. quia sicut frater meus est mihi i pri  
mo cōsanguinitatē gradu. ita eius uxor  
affinis est mihi in primo gradu affi/  
nitatis. Et notandum q; in priore ge  
nere affinitatē numerat gradus sicut i  
cōsanguinitate. quia cōsanguinitas ⁊  
affinitas quantum ad gradus pari/  
bus ambulant passibus. Sicut enim  
abstinere teneor a cōsanguineis meis  
usq; ad quartum gradum. ita ⁊ ab uxo/  
ribus eorum usq; ad eundem gradum

Notandum est etiam q; quādo per/  
sona extranea addit persone mihi cō  
sanguinee per carnis copulam affini/  
tas atcedit iter me ⁊ illam ⁊ iter totā  
cōsanguinitatē meā ⁊ eāde. Vñ nul  
la persona mihi cōsanguinea usq; ad  
quartum gradum contrahere potest cū  
uxore fratris mei uel alicuius mei cō  
sanguinei usq; ad predictum gradum  
Consanguinitas autem ex parte psol  
ne addite nullam facit affinitatē Ver  
bigratia. Si uxor fratris mei multos  
habeat cōsanguineos uel cōsanguine  
as. nec illi nec ille in aliquo gradu uel  
aliquo modo sunt affines mihi ul cō  
sanguineis meis. Vñ ego ⁊ frater meus  
uel filius meus bene possumus duas  
accipere sorores uel matrē ⁊ filiā

De secundo genere Ca. lvi.

Secundum genus affinitatē p  
eādem format regulam. Per  
sona persone addita per car/  
nis copulam mutat genus ⁊ non gra/  
dum. Verbigratia. Satet per predic/  
ta q; uxor fratris mei est mihi in priore  
gradu affinitatis. moriat frater ⁊ il  
la alium accipiat uirū. mutat genus.  
quia ille uir est mihi in secundo genere  
affinitatis. ⁊ in primo gradu illius ge/  
neris.

neris. unde non potest contrahere cum aliqua cōsanguinea mea usq; ad gradum quartum s̄m canones ātīquos.

De tercio genere affinitatis.

Capitulum. lviij.

Tercium genus affinitatis si militer per eandem format̄ regulam hoc modo. Adoriā illa que fuit uxor fratris mei. ⁊ secundus uir eius aliā ducat uxorem. Hec uxor addita attinet mihi in tercio genere affinitatis ⁊ in p̄rio gradu tercio generis. Vñ similiter s̄m ātīquos canones non possum eā ducere in uxorem neq; cōsanguineus meus in secundo gradu. Tercium enim genus affinitatis prohibitū fuit usq; ad secundum gradum. Sciendum tamē q̄ eccl̄ia hodie fere nūq; attēdit nisi t̄m primū genus affinitat̄. Unde ille qui duxit uxorem fratris mei defuncti. neq; i secundo genere affinitatis mihi sit affinis. ⁊ in primo gradu illius generis nō prohibet hodie filiam meam uel cōsanguineam meā ducere in uxore.

Item de affinitate. Ca. lviij.

Tem notādum q̄ regula est in affinitate. Persona persone addita per carnis propagationem mutat gradum ⁊ non gen̄. Verbigratia. Uxor fratris mei est mihi in primo genere affinitatis ⁊ in primo gradu sicut predictū ē. addatur mihi filius per carnis propagationem. ille filius ⁊ uxor fratris mei sunt in secundo affinitatis gradu primi generis. ⁊ addatur filius filio. ille filius est ei in tercio gradu affinitatis primi generis. ⁊ ita deinceps.

De compaternitate.

Capitulum. lix.

Unc dicendū est de cōpaternitate. Compaternitas autē est spiritualis diuersarum personarum cōiunctio. ex officio regenerationis uel cōfirmatōis cōtracta. Sive est triplex. Prima est ex officio suscipientis de sacro fonte aliquē i baptismo. Secūda est ex officio tenentis aliquem ad ep̄i cōfirmationē. Tercia ex officio sacerdotis penitētiam alicui i iungētis. In prima autē cōpaternitate eque sacerdos est cōpater parui. sicut alii ipsam de sacro fonte suscipientes. Unde sicut postea habebit nō minus peccat sacerdos suam cognoscendo filiaz baptismalē q̄ si propriam corrupat filiam carnalē. Cōstat autē q̄ cum aliqua persona de sacro fonte suscipit. spūalis compaternitas inter personam suscipientē et susceptā ⁊ patrem ⁊ matrē persone suscepte contractur. ⁊ est matrimoniū inter d̄nes personas illas prohibitū. Querit autē de filiis cōpatrū ⁊ cōmatrum utrū inter se possunt cōtrahere matrimoniū. Verbigratia. Ego suscepi filiā alicuius de sacro fonte ⁊ sic effectus sum spiritualis pater illius filie. unde ip̄a est quasi soror filii carnalis mei. Sed ⁊ querit utrum efficiat soror omnium filiorum meorum uel ante cōpaternitatem uel post a me genitorum. Similiter ⁊ querit utrum omnes fratres ⁊ sorores illius persone quā suscepi de sacro fonte omnibus filiis meis sint prohibite. Antiqui talē dederūt regulam. Filii autē compaternitatem uel p̄ cōpaternitatē geniti non in matrimonio cōiungant. Alii dixerūt q̄ t̄m illi filii qui sunt post cōpaternitatē geniti in m̄rimonio prohibent̄ coniungi.

Quia si ego alicuius filiam suscepi de sacro fonte filii mei primogeniti et filii cōpatris mei uel cōmatris mee aē/ geniti. nullam inter se spūalem habēt cōpaternitatē uel cognationē. sed tñ qui sunt post cōpaternitatem geniti. Tercu dixerunt sicut fere ōnes modo dicunt. q̄ nulla est cōpaternitas iter filios uel ante cōpaternitatem uel post genitos. nisi tñ cum illa persona que de sacro fonte est suscepta. Unde nullus filius meꝝ quādocūq̄ genitus pōt contrahere m̄rimonium cum persona quam suscepi de sacro fonte. sed qui libet filius meus uel filia cōtrahere p̄t cum omnibus filiis mee fratribꝝ uel sororibus matrimonium. Est magna ambiguitas in canonibus utrū generaliter sic ueruz q̄ nullus potest duas cōmatres ducere in uxores. Ad quod talis dat̄ regula. *Ad fuge. que me/ um. cuiusue leuat mea natum. mea scz uxor. Et est sensus illius uersus. Si aliqua mulier suscepit filiū meum uel filiam. ipsa cōmater mea ē ⁊ eā nō possum ducere in uxore. Unde dicitur in uersu. Tu fuge me que suscepisti filiū meū uel filiam de sacro fonte. Si iter uxor mea a me cognita suscepit filium alteriꝝ mulieris de sacro fonte nō possum cōtrahere matrimoniuꝝ cuz illa persona mea uxore mortua. ⁊ ideo dicitur etiam in uersu Tu fuge me cuius natū uxor leuauit. Quocūq̄ alio modo uariet̄ paternitas non est prohibita. Unde uxor mea si de alio uiro filium habuit. mulier que nullū filium leuauit non est cōmater mea. licz sit cōmater uxoris mee. Et hec est rō. quia uxor mea mihi solā suam cōmunicat actionem. sed non suam mihi cō-*

municat passionē. Ideoꝝ cum uxor mea alicuius leuat filiam. intelligor ego facere qd̄ ipsa facit. Passionē autem suam mihi non cōicat. Unde cuz filius eiꝝ de alio uiro genitꝝ de sacro fonte suscipit. nihil in hoc patior. nec aliquam cōpaternitatē inde cōtrahō. Solet etiā queri utrum aliqua cōtrahatur cōpaternitas inter me ⁊ illū qui tenet filium meū cum sit cathecumīnꝝ. ⁊ postea nō leuat de sacro fonte? Ad quod respōdet q̄ proles que suscipitur non est filius uel filia ecclesie. scilicet anteꝝ baptisetur in sacro fonte. ⁊ ideo per illud officium quo tenetur paruulus ad cathesandū. nulla cōtrahitur cōpaternitas. Non em̄ cōtrahitur cōpaternitas nisi inter filios ecclesie.

De affinitate confirmationis.

Capitulum. lx.

Um autē aliqua persona tenetur ad cōfirmationem episcopi. non cōtrahit cōpaternitas spūalis nisi inter illuz qui tenet ⁊ personam que tenet. Unde si teneo aliquam ad cōfirmationem. ipsa efficit filia mea spūalis. ⁊ eā non possū ducere in uxoreꝝ. similiter nec eius matrē quia cōmater mea est. ulterius at non est facta prohibitio.

De affinitate confessionis.

Capitulum. lxi.

Um autē aliqua efficit spūalis filia in foro penitēciali nō est phibita. nisi tñ sacerdoti qui iniūxit ei penitēciam. nec est aliqua spūalis cognatio. nisi tñ iter sacerdotem ⁊ suam filiam penitēcialem. Unde filius sacerdotis bene cuz eadē possit matrimonium contrahere. sed

non cum filia baptismali. sicut p̄dic/  
tum est. Patet ex predictis q̄ sp̄ialis  
cōpateritas preueniēs m̄rimoniū ip  
sum impedit cōtrahendum. Sed si se  
quatur matrimonium. querit̄ utrū di  
rimat̄ thorum cōiugalem? Constat em̄  
q̄ m̄rimonium prius cōtractum dirime  
re non potest. Legitur autem in cano  
ne q̄ si aliquis propriuz susceperit de  
sacro fonte filium aut filiā ut ab uxo  
re sua separet. quod dolus sibi nō de  
bet patrocinari ut dicit canō. nec pp  
ter hoc a thoro uxoris sue separari de  
bet. sed magna est ei penitētia inūgen  
da. ⁊ interdici debet ei ne debitum ab  
uxore sua exigat. sed em̄ reddat. quia  
in rei ueritate uxor sua cōmater ei ef  
fecta est. Addit etiam canon q̄ si ali  
quis uel aliqua per ignorantia uel ne  
gligentiam propria de sacro fonte su  
scipit prole. uel tenuerit ad cōfirmati  
onem. debet ei iniūgi penitētia. s̄ nō  
propter hoc uir ⁊ mulier debēt a tho  
ro separari. sed maior difficultas ē in  
carnali consanguinitate ⁊ affinitate.  
Vnde cum aliquis post m̄rimonium  
corrumpit matrē uel filiam uxoris sue  
utrū propter hoc a thoro uxoris de  
beat separari. Et dicit sentētia decre  
talis una q̄ si crimē manifestum fue  
rit debet fieri separatio thori. si uero  
occultū. non debet fieri separatio. sed  
iniungēdum est corruptori ut debituz  
nunq̄ exigat sed reddat. Sed debēt  
scire sacerdotes quid sit debitum exi  
gere. Verbum em̄ exactionis uiolētia  
notat. unde exactores dicunt̄ qui per  
uolentiam pene uel timoris aliqd ex  
torquent. Si ergo ille qui non debet  
exigere debitum blādiciis ⁊ p̄missis  
uxorem suā sollicitat ⁊ inducit eaz ut

in concubitu ei cōsentiāt. non dicit̄  
exigere nec facit cōtra penitētia sibi  
iniunctam. Cum ergo tales ad cōfessi  
onem uenerint. debēt sacerdotes in  
quire utrum aliquā uxorib⁹ suis fecerit  
uolētia ad extorquēdum concubi  
tum. Q̄ si fecerint grauē eis iniūgant  
penitētia. Si autē per blādicias ali  
quis uxore suam allegerit. potius ui  
detur debitum reddidisse q̄ exegisse.  
Alia sentētia decretalis sic distinguit.  
Queritur autem utrum in tali crimine  
uehemēter offendat̄ natura uel non.  
Si enim uehemēter offendat̄ natura.  
uelut si corruerit matrem uel sororez  
uel filiam uxoris sue. non pōt redde  
re uel exigere debitum. sed cōtinebit ī  
eternum. siue crimen eius manifestū si  
ue occultum sit. ⁊ in hoc casu uxor ei⁹  
que nihil deliquit. grauit̄ punietur.  
quia in eternum continebit uelut nolit  
Sed esto q̄ occultum sit crimen. iniūc  
tum est ei q̄ non reddat debitū. uxor  
eius petit debitū ipse non uult redde  
re. Conq̄ritur ergo uxor episcopo. epi  
scopus rei ueritatē ignorat. ⁊ illum ni  
si debituz reddat excōmunicat. Quid  
iste faciet. sustinebit excōmunicatiōē aut  
reddet debitum? Si reddit. cōtra peni  
tentiam suam facit. ⁊ ita trāsgreditur  
mandatū iniuncte penitētie ⁊ multuz  
peccat. Ex altera parte durum est esse  
excommunicatum. ⁊ dicunt quidā q̄  
auctoritas ecclesie precipiētis ē ut red  
dat. ⁊ eius obediētia eum a trāsgressi  
one p̄nie excuset. Aliis uidet̄ meli⁹. s̄.  
q̄ error ecclesie non debet inutare mā  
datum dei. Ad datum autē sacerdot̄  
precipient̄ est ne reddat. mandatū dei  
⁊ preceptum canonicum. Et id licet ec  
clesia ignorans ueritatem p̄cipiat per

errorem cōtrarium. non debes obedire ecclesie decepte. sed tenet excōicationi obedire. ⁊ eam patiēter sustinere. Sed cūq; enim sacerdos ligat in terra. erit ligatum ⁊ in celis. id ē deus in cel apdrobat illam ligationē. quin ad hoc quod ligatus ē obediat. Non tamen est iste ligatus in celis. i. nō ē exclusus a cōsortio dei in celis. quia pōt ei re/medium dari in cōsilio. q; scilicet iuret q; stabit mandato ecclesie. ⁊ ita absoluat. ⁊ statim in peregrinationē vadat. nec ad uxorem redeat. Si autē pegrinari non pōt uel nō uult. utilius ē cōsiliū q; ad episcopum accedat. ⁊ totam ei ueritatē aperiat cōfiteōdo. Et postea iuret q; stabit mādato ecclesie. in omnibus que non sunt contra anime sue salutē. ⁊ si ita sit absolutus q; n̄ potest ⁊ interim cōmunionem recipiat. si at iterum excōicet imminēte pascha sili mō iuret si pōt.

De impedimēto per adulterium

Capitulum. lxii.

St autē sciēdum q; sepe in tali crimine una persona peccat altera non peccāte. sicut dicit canon. q; in lecto mariti soror uuit uxoris. ille per ignorātiā eam cogno/uit. suam estimās esse uxorem. Ille nō punitur in aliquo nec uxor eius. sed illa que sciēter crimen cōmisit in perpetuum continebit. nec unq; nisi p magnam magni prelati dispensationē alicui in m̄rimonio iungi poterit. ut si ē iuuenula uel tenella ⁊ impotēs cōtinere. Scire ergo debz sacerdos q; p omni tali crimine illa persona que sciēter peccauit. eo modo puniri debet. s. ut m̄rimonium nunq; cōtrahat ut dictū est. Sz esto q; aliquis cui talis m̄m̄

ta est penitētia in occulto ad sacerdotem suum ueniat ⁊ uelit cōtrahere m̄rimonium in facie ecclesie. quid faciet sacerdos ille. Det ei cōsiliū q; ad ep̄m suum accedat ⁊ rei ueritatē ei ostēdat. Et si aliquo modo non pōt impedire m̄rimonium. inducat sacerdos p̄latum ad hoc si potest qui celebret m̄rimonium uel alium sacerdotem. Sed si factum fuerit. uerum est m̄rimonium. ⁊ est iudicandum in hoc casu eodem modo quo iudicat quando aliq; p̄ simplex uocum contrahit m̄rimoniū. Constat enim q; peccat ⁊ tamen tenet m̄rimonium. In hoc enim casu persona que talem suscipit p̄niam q; continebit in perpetuum. facit quoddā uotum ⁊ promissionē de futuro. sed nō simpliciter uouet continētiam. ⁊ ideo si sequit m̄rimonium firmū erit stabile

De impedimento seruitutis.

Capitulum. lxiii.

Uit ⁊ alia duo impedimēta matrimonii uolūtaria ⁊ non necessaria. error scz cōditionis ⁊ error persone. Error persone est quādo aliquis audito nomie ⁊ fama mulieris alicuius eam desiderat in uxore ⁊ adducit ei alia cum qua m̄rimoniū per uerba de presenti cōtrahit. credēs eandem esse quam desiderauit. si post ea ei ueritas patuerit. istaz pōt dimittere ⁊ aliam ducere. uel de nouo ī eandem cōsentire. Idrius enim nullum inter eos m̄rimonium fuit. quia non cōsensit in istam sed in aliam. Tamen dyaletica questio est cum dicit ei. uis istā ⁊ ipse respōdit uolo eam habere. Iste scit istam esse hic. quia uidet eam esse hic. ergo scit se consentire in istam. Et ad hoc dicunt dyaletici q; non cōsen

ut in istam nec scit istā esse hic. ymo a  
liam putat esse hic. Vbi dicit de Ja  
cob et de Lya. quia ipse credebatur Ra  
chaelē ad se esse adductā in quā con  
senserat. et Lya fuit supposita cū qua  
dormiuit. credens se cum Rachele dor  
mire et tamē cum sciret ueritatē Lya  
dimittere non potuit. quia stabile iter  
eos mīmonium fuit. licitū enim erat  
tunc plures habere uxores. Unde di  
cit canon. Vbi dicit Jacob plures ha  
buisse uxores. Ad quod dicendum quod  
sanctorum exēpla non sunt trahenda  
ad cōsequentiam. Vel potest dici quod  
Jacob quādo amaduertit Lya eē  
suppositam sibi. non minus tamē cō  
sensit in eā et eā habēs in uxore petiit  
etiam Rachele. quam similiter habu  
it in uxore quia tūc licitū erat.

De errore cōditōis. Ca. lxiiii.

Error cōditōis est quādo quis  
putat esse liberā cum qua cō  
trahit cum tamē sit ancilla. Cū  
autem seruitus eius detecta fuerit. ip  
sam si in eā consentire noluerit. dimit  
tere et aliā ducere poterit. quia nō nisi  
in liberā personā cōsensit.

Ulet autē queri quare error pau  
pertatis uel egritudinis uel ali  
error similis mīmonium soluere non  
possit sicut error cōditionis. licet enī  
aliquis cum leprosa cōtrahat credēs  
eam esse sanā. non poterit postea cū  
certus fuerit de lepra dimittere ipsam.

Ad hoc est dicendū quod seruitus magis  
est de statu hoīs et quasi de hoīs sub  
stantia magis quā aliud accidēs. et ideo  
magis impedit error seruitutis quā ali  
us error. Notandū tamen quod circa  
seruorū coniugia multa emergunt du  
bia. Si enī dominus aliquis seruum

habet et alius ancillam. dicunt quidā  
quod contrahere non possunt sine dñoz  
suorum consensu mīmonium. Seruus enī  
et ancilla non habet uelle uel nolle. sed  
est in potestate domini sui et uolūtate  
sicut mulier uouere nihil potest sine cō  
sensu uiri. nec iunior sine cōsensu pāre  
tum. Istud factum est quia seruus et  
ancilla quantū ad contrahendū mī  
monium bene libertatē habent. pprie  
uolūtatis. Sed esto quod seruus et ancilla  
contrahant de uolūtate dominorum  
suorum. et serui dominus ipsum uen  
dat in partes remotiores. dominus autē  
ancille non uult uendere ipsam. quod fa  
ciat ancilla? Fugiet de domino suo et  
sequetur uirum suū? Videt quod nō. quia  
dicit Apostolus Serui subditi estote  
in omni timore domini uestri. Vñ  
iniuriā domīo faceret. si fugiēs ab eo  
suum ei seruitiū subtraheret. Alii di  
cunt. Credimus ex quo dominus cōsen  
sit quod ancilla sua cōtraheret cū tali vi  
ro mīmonium. non poterit negare quod  
uir eius accessum ad eam habeat quā  
do uoluerit. et ad hoc per ecclesiam de  
bet compelli sicut dicunt multi quod an  
cillam suā ad partes illas uēdat ubi  
uir eius manere debet. Sed esto quod ser  
uus et ancilla sine consensu dominorum  
suorum cōtrahant. cum hoc constite  
rit dominis suis non permittūt quod re  
cedant ab eis. Credimus quod sacerdos  
qui tales sine consensu dominorū su  
orum coniunxit. grauiter peccauit. et  
in hoc puniri debet et compelli quod suo  
et ancille libertatem redimat quos sine  
pronūciatione in matrimonium con  
iunxit. Verūtamen si seruus et ancilla  
a suis dominis licētiam cōtrahēdi pe  
tierint. dominique dare noluerint ipsis

reclamantibus. sacerdos eos bene cō/  
iungere poterit. Nō enim possunt do/  
mini cogere seruū ⁊ ācillā ut cōtineāt.

De impedimēto disparis cultus.

Capitulū. lxxv.

⁊ spar cultus similiter unū est  
impedimentum matrimoni.

Xpianus enim cum iudea ul'  
pagana cōtrahere m̄rimoniū nō po/  
test. ymo si consenserint inter se nulluz  
est matrimonium. Si uero paganus cū  
pagana uel iudeus cum iudea contra/  
xerit uerū est matrimonium. De hoc sa/  
tis supra dictum est.

De impedimento precedentis liga/  
tionis.

Ca. lxxvi.

Et ⁊ aliud impedimentū ma/  
trimoniū scz precedēs ligatio

Verbigratia. Si mulier fidē  
dedit alicui de m̄rimonio cōtrahēdo  
⁊ postea det alteri fidē nihil est quod  
cum secundo facit. quia non habet ni  
si unā fidem quam dare possit. ⁊ ideo  
coget obseruare fidem primo datam.  
Si tamen in secundum per uerba de p̄/  
senti cōsenserit. tenebit matrimonium  
quia fortius uinculū superuenit. Si fi/  
ter si dederit fidē duobus. ⁊ secundus  
prius eam q̄ alter cognouerit. ipse eā  
in uxore habebit. Videt enim cōsen/  
sisse per carnalē copulam tanq̄ p uer/  
ba de presenti. Est etiam quidam an/  
tiquus canon qui dicit q̄ si aliq̄s cō/  
traxerit cum aliqua per uerba de prē/  
senti m̄rimonium. ⁊ alius postea cuz  
eadem sibi per uerba de presenti. si se/  
cundus ipsam prius carnaliter cogno/  
uerit. ipsam in uxore habebit. ⁊ istud  
adhuc ut dicit in lombardia seruat  
propter crudelitātē illius populi. Si  
enim mulier cogere ad primuz reuertā

ille propter iniuriā quam sibi fecerit  
occideret eam de facili. In aliis autē  
regionibus est hoc penitus imutatu  
quia in rei ueritate cum secundo con/  
trahere non potuit sed secum dormit/  
ens adulteriū commisit. Item notā/  
dum q̄ si aliquis cum aliqua per uer/  
ba de futuro mediāte fide cōtrahat.  
⁊ mulier postea peniteat ⁊ fidē obser/  
uare nolit. cōpellenda est ad hoc ⁊ in/  
ducēda per ecclesiam. Si tamen semp  
cōtradicat. ita q̄ nec per excōicatōez  
uel obseruationē fidei possit cōpelli.  
est ad ultimum absoluēda. ⁊ de lesa fi/  
de est ei dāda penitētia. ⁊ postea cuz  
alio si uelit cōtrahat. ⁊ hoc ideo. quia  
ut dicit canon. Coacta m̄rimonia iſe/  
lices solēt habere prouētus.

De impedimento adulterii.

Capitulum. lxxvii.

Quid est impedimētum m̄rimo/  
ni. s. adulterium. Dicit em̄ ca/  
non. Nemo illā ducat in m̄ri/  
montum quam prius polluit per ad/  
ulterium. Istud tamē obseruat in du/  
plici casu precise. Si dederint sibi mu/  
tuo fidem adulter ⁊ adultera p̄ mortē  
uiri de contrahēdo. nullum unq̄  
postea inter eos poterit eē matrimo/  
nium. Alius casus est si machinati fue/  
rint i mortē uxoris uiri uel mariti mu/  
lieris. siue occiderit siue non. nunq̄ de  
cetero inter eos poterit esse m̄rimonium.  
Tercius at casus s̄m quosdam addit  
qui talis est. q̄ si aliquis adulterā su/  
am circūduxerit ⁊ eā publice tenuerit.  
post mortē uiri sui eā habere in uxore  
suam non poterit. Sed hoc intelligen/  
dum est nisi in magna dispēsatiōe. In  
hoc eniz casu dispēsari pōt in duobz  
precedentibus casibus nunq̄.



De impedimēto quod dicit iusti-  
cia publice honestatis. Ca. lxxviii.

Liud impedimētum est iusti-  
cia publice honestatis. uerbi-  
gratia. Si pater uel frater me-  
us cum aliqua contraxerit per uerba de  
futuro et moriat̄ anteq̄ cognoscat eā-  
uel per uerba de presenti in eā consen-  
tiat. nunq̄ decetero poterit esse uxor  
mea. Inhonestum enim esset et scanda-  
lum in populo. si diceret̄ q̄ p̄ris mei  
uel fratris uel alterius consanguinei  
mei proximi haberē in uxorem spon-  
sam. Unde praua est in multis locis  
consuetudo. ubi si aliquis vnaz habet  
filiam et alter duos filios. talē faciunt  
dispositionem q̄ unus filius si super-  
uixerit illā habeat. si uero moriat̄. se-  
cundus eam habeat. Non enim illam  
habere poterit que fratri suo promif-  
sa uel desposata fuit. Et hoc ortū est  
a ueteri testamēto. Cum enī rex Da-  
uid senuisset et per se calefieri nō possz  
consultum fuit ei q̄ sunamitē quādam  
iuxta se in lectum haberet que ipsum  
calefaceret. licet cōstaret q̄ eam carna-  
liter nō possz cognoscere. Dauid mor-  
tuo cum Adonias filius eius eam du-  
cere uellet in uxore non potuit. uide-  
batur ei quasi uxor patris sui fuisse.

De impedimento uolentie.

Capitulū. lxxix.

Liud quoq̄ est impedimen-  
tum scilicet uiolēta coactio.

Si enim uiolēter coactz cum  
aliqua per uerba etiaz de presenti ma-  
trimonium quis cōtraxerit. nihilomi-  
nus tamen eam relinquere poterit. ita  
tamen si eam non cognouerit. Sed in-  
telligēdum est hoc de tali uiolētia uel  
de tali metu qui possz cadere in uirū

constantem. ut si timeat mortē uel mē-  
brorum mutilationē uel tale aliquid.  
Si enī imminet metus parentum uel si  
damnum timeat pecunie. et tali metu  
compulsus cum aliqua cōtraxerit. eā  
postea relinquere non poterit. No-  
tandum tamen q̄ aliquis metz mag-  
nus est unī persone qui paruus est al-  
teri. Unde legit̄ in quadaz decretali  
q̄ quedam puella sub potestate parē-  
tum suorum cōstituta. ut in quēdam  
consentiret iuuenē. minis et terroribz  
compellebatur. et cum quererēt ab ea.  
uis tu istum habere in uirū. flēdo res-  
pondit. uolo. Flebat etiā cum ad ec-  
clesiam ducebatur. et postea dixit q̄ nō  
eum haberet in uirum nec unq̄ uolu-  
it intrare eius lectum. Et dicit̄ domi-  
nus papa in illa decretali q̄ lacrimę il-  
le sufficiebant ad probādā uolētē-  
am. Adodicius enī metus potuit ipel-  
lere iuuēculam puellaz ut confiteret̄ se  
uelle illum habere in quem tamen ani-  
mo non consensit. Unus tamē casus  
exceptus est in uiolenta coactione. in  
quo nō impedit̄ matrimoniū. ut si al-  
iquis cōsuetudinē ueniendi hēat ad  
aliquam et corruerit eam. si tādēz cō-  
prehenditur cum ea per magnam ui-  
olentiam cogatur matrimonium con-  
trahere cum ipsa. et si contraxerit tene-  
bit matrimonium uelit nolit. Vñ legi-  
tur in canone q̄ quidā ita deprehen-  
sus iurauit q̄ decetero eam semp̄ cuz  
qua fuerat deprehēsus in uxore habe-  
ret. et q̄ matrē suam propriam nō ale-  
ret. Vbi dicit canon q̄ quia non fuit  
peccatū illam habere in uxorem. quā  
habuit in cōcubinam. tenuit iuramen-  
tum. et eam decetero dimittere nō po-  
tuit. sed quia peccatum fuit matrē de-

ferere et illam non alere. ex illa parte nul-  
lum fuit iuramentum.

De impotentia coeundi. Ca. lxx.

Si aliud impedimentum ma-  
trimonii scilicet impotentia co-  
eundi. ut si quis cum aliqua con-  
traxerit cum ea coire non possit. mu-  
lier hoc probato illum dimittere et ali-  
um accipere potest. Similiter si uas mu-  
liebre sit ita paruum et arctum quod ad usum  
uirilem non sit idoneum. bene potest uir  
talem dimittere mulierem et alteri in ma-  
trimonio coniungi. nisi possit illi per cy-  
rurgiam subueniri. Vidimus enim in  
quadam muliere uas illud per incisio-  
nem dilatari. ita quod etiam concepit post  
modum et peperit. Unde tamen si fue-  
rit uir impotens coire. distinguendum est  
utrum sit maleficio impeditus aut na-  
turaliter frigidus. uel utrum uirile me-  
brum ita habeat dispositum quod genera-  
re non possit. uel utrum exsecutus fue-  
rit et uirilia amiserit. Si uero per forti-  
arias impeditus fuerit quod perpendi  
potest si ante matrimonium illud mulie-  
rem cognouerit. tunc non debet matrimo-  
nium separari. sed debet uir et mulier ie-  
iunare et orare ut deus illum a tali ab-  
soluat maleficio. Constat enim quod se-  
pe meritis hominum exigentibus. dy-  
abolus aliquem in membris suis ita li-  
gavit quod debitum eorum usum habere non  
potuit. sicut quandoque parisius conti-  
git quod quedam fortiarum uirum qui eam  
reliquerat impediuit ne posset cogno-  
scere aliam quam legitime superduxit.  
Fecerat enim incantationem suam super  
clausam seram quam in puteum quen-  
dam misit. et clauem similiter in puteum  
alterum. et sic dyabolo promouente. uir  
ille factus est impotens cum uxore sua

coire. Si uero propter defectum uirilis  
membri impotens coire fuerit. et uir  
forsitan dicat se esse potentem. uiro qui  
caput est mulieris incumbit probatio.  
nisi mulier interim expectet iudicium  
id est corporis inspectionem. Tale est  
iudicium semper probationem precedit  
Debet enim sagaces matrone et bone fa-  
me eligi et membra genitalia inspicere. et  
debent iurare ut uideant si uir ille ha-  
beat membra ad coeundum idonea uel  
non. uel ipsius mulieris si in ea perpē-  
di possit ueritas membrum inspiciat. et  
scilicet quod ille dixerint iudicium stabit. Si  
uero uir membra habeat idonea. scilicet na-  
turaliter ita sit frigidus quod ad hoc o-  
pus sit inuicilis. et hoc simul cum muli-  
ere confessus fuerit. timendum est ne hoc  
dicant ex malicia. quia forte libenter  
separari uellent. Unde diligenter in-  
quendum est a uicinis si qua sit ibi do-  
li uel malicie suspicio. et scilicet quod illi dixe-  
rint iudicandum est. Si autem post sepa-  
rationem uiri posse coire certum fuerit  
etiam si illa cum alio contraxerit. de-  
bet priori uiro mulier per ecclesiam que  
in separatione decepta fuit restituere. Quod  
si redire noluerint cogendi sunt. Verum  
tamen si prolem ex secundo uiro conce-  
perit. legitima propter ecclesie aucto-  
ritatem erit. et puer in paternam succedat  
hereditatem. sicut si aliquis in pegeri-  
nationem profectus fuerit et credatur  
mortuus. et mulier cum alio uiro con-  
trabat. Si postea ille redierit uxorem  
suam rehabebit. proles tamen ex secun-  
do uiro suscepta legitima est. quia auc-  
toritate ecclesie contraxerat. Si uero  
mulier uiri dicat frigidum esse. et uir di-  
cat contrarium. et per inspectionem corpo-  
ris fieri non possit probatio. tunc post

cibus et potum in uno lecto sunt col-  
locandi. et per plures noctes sagaces  
adhibeant mulieres. et si semper mem-  
brum viri inutile et quasi mortuum in-  
uentum fuerit. bene poterunt separari  
nisi probari possit quod per maleficium  
contingeret hoc. Tunc enim non sta-  
tim separandi sunt. sed expectari de-  
bet sicut predictum est. ut si dominus  
tale velit absolvere uinculum. Quod si  
non curatur. separari possunt. Si autem  
postea cum alia contraxerit matrimonium  
tenebit et non ad priorem redibit. etiam  
si tunc possibilitas concubendi cum ea  
data fuerit. Maleficiatur autem quando  
quod aliquis quantum ad unam personam  
quandoque quantum ad plures. Ratio autem  
quare non debeat redire ad priorem  
hec est Cum enim maleficiatus esset quan-  
tum ad ipsam. ratio non fuit inter eos  
matrimonium. cum secunda contra quam  
maleficiatus non fuit. ratio fuit et stabili-  
le matrimonium. Si quis est naturaliter fri-  
gidus ille enim nullam cognoscere potest  
Sed estimo quod si aliqua mulier sciat vi-  
rum esse spadonem uel naturaliter frigi-  
dum. uel etiam generaliter maleficiatum.  
et tamen cum eo uelit contrahere  
quia forte diues est. querit utrum sacer-  
dos tales debeat coniungere? Et disti-  
guunt quidam quod si ille ad hoc conducat  
eam ut abutatur ipsa. non debet ecclesia  
peccato eius auctoritatem prestare. Si  
uero ducere uelit eam ut res eius custo-  
diat et in aliis honestis obsequiis. pre-  
terquam in thoro ei seruiat. bene potest ut  
dicunt quidam. et debent in indiuiduam  
uite consentire consuetudinem et perpetu-  
am cohabitationem promittere uel iu-  
rare. et cogendi sunt postea simul com-  
manere ac si uerum esset matrimonium. Si

cut enim dicunt quidam non potest esse  
matrimonium nisi fiat consensus in car-  
nalem copulam. quia sic uidetur dicere  
Augustinus. Etiam beata uirgo in car-  
nalem consensit copulam. sed sub condi-  
tione si deus ei reuelaret. quod cum uiro  
suo Ioseph dormiret. prius autem uo-  
tum fecerat uirginitatis sed similiter sub  
conditione nisi eidem aliud reuelaret.  
Si uero uir exsectus fuerit et uirilia a-  
miserit distinguendum est utrum post  
uel ante matrimonium hoc factum fu-  
erit. Si ante nullum fuit matrimonium. si  
mulier ignorauit. Non enim in spado-  
nem sed in uirum consensit. Si uero post  
matrimonium nullo modo separari potest.  
quia uerum inter eos et legitimum est mat-  
rimonium.

Et et aliud matrimonium impe-  
dimentum secundum leges secula-  
res. quia filius adoptiuus mor-  
tuo patre adoptante cum uxore illius  
non potest contrahere. Similiter nul-  
lus mortua uxore sua cum filia sua con-  
trahere potest adoptiua. Filius tamen  
adoptiuus alicuius bene potest con-  
trahere cum eiusdem filia carnali. Est autem  
adoptio iuris civilis constitutio. qua  
aliquis aliene potestati subiicitur. ius  
successionis habiturus ab intestato.  
Sed dicunt multi quod nihil ad leges se-  
culares pertineat de constitutionibus con-  
tra matrimonium faciendis. Canones autem  
semper legibus preiudicant. Sed cano-  
nes non multum hodie de talibus cu-  
rant adoptionibus. quia etiam nec ho-  
die sunt in ecclesia.

De impedimento matrimonii per  
generale interdictum ecclesie.

Capitulum. lxxi.

Aliud quoque est impedimentum  
interdictum. scilicet ecclesie. et gene-  
rale interdictum ut non extra  
hatur matrimonium ab aduentu do-  
mini usque ad octauam epiphanie. Et  
iterum a septuagesima usque ad octa-  
uam pasche. quia illud tempus sanctum  
est et ieiunus et orationibus uacandum  
est. Si autem in illo tempore quis uxo-  
rem duceret. sponse sue amplexibus ma-  
gis quam ieiuniis et orationibus uacaret  
et ideo ecclesia non tunc suum exhibet  
ministerium ad aliquos in matrimonio  
coniungendos. Verumtamen in quibus-  
dam locis consuetudo est. quod si aliquis  
habeat fornicariam et contrahere uel-  
lit cum ea. bene hoc tunc sustinet eccle-  
sia. Ad id est enim eos in coniugio ha-  
bere quam in fornicatione. Ex hoc patet quod  
si uir et uxor ad confessionem uenerit. deli-  
bet sacerdos eos monere si potest ut  
contineant in tali tempore in quo matri-  
monium contrahere prohibetur. Red-  
dere tamen debitum tenentur propter  
periculum fornicationis. sed peccant ex-  
tendo. Notandum tamen est quod hec pro-  
hibitio ecclesie. matrimonium non di-  
rimit iam contractum. Unde si aliquis  
in tali tempore contraxerit. matrimonium  
est. licet contrahendo peccauerit. Aliud  
est casus magis dubius. quando scili-  
cet quis contrahere uult cum aliqua.  
et dicitur quod sint persone illegitime ad  
contrahendum uel propter consanguini-  
tatem uel affinitatem uel aliquid tale  
et eis auctoritate ecclesie precipitur ne con-  
trahant. antequam de hoc fuerit discussum.  
Queritur si post tale interdictum con-  
traxerint. si matrimonium sit. Et dixe-  
runt quidam non esse matrimonium. si-  
cut etiam uidetur quedam decretalis

dicere. Sicut enim interdictum eccle-  
sie fecit ne esset matrimonium in quin-  
to uel sexto gradu. ita potest interdic-  
tum ecclesie facere ne sit matrimonium  
inter aliquos in tali dubio. Quidam  
tamen hoc intelligendum dicunt de in-  
terdicto per constitutionem domini pa-  
pe auctoritate ecclesie romane facto.  
Si autem episcopus tale faciat interdic-  
tum nisi alia subsit causa. non dissolui-  
tur matrimonium postea contractum.

Item aliud impedimentum matri-  
monii. Capitulum. lxxii.

Equitur aliud impedimentum  
matrimonii. scilicet raptus.  
quod crimen in foro seculari  
punitur capite. Unde in detestationem  
illius in antiquis canonibus constitu-  
tum fuit quod inter raptorem et raptam  
matrimonium esse non posset. etiam si  
ob causam eam rapuisset ut in uxorem  
haberet. et si etiam ipsa postea uellet con-  
sentire. Illud tamen postea immuta-  
tum fuit et ita constitutum quod si rapta  
et parentes eius nolent consentire. red-  
deretur illa parentibus. et raptor pu-  
dicie sue precium ei redderet. ut in alio  
matrimonio honeste collocari posset.  
Si autem raptor et rapta consentire uel-  
lent post peractam penitentiam inter se  
matrimonium contrahere possent. Sed  
tamen illud hodie in ecclesia non mul-  
tum obseruatur. multos enim uidimus  
raptos compelli ad contrahendum  
cum illis quas rapuerunt.

Item aliud impedimentum matrimonii

Placet autem queri utrum extra  
ordinaria pollutio impediat

matrimonium. Verbigratia. Aliquis cognouit aliquā extraordinarie. Sue ritur utruq; possit cōtrahere cum sorore illius? Et respondit canō q; sine carnali cōmixtione non cōtrahitur affinitas. Non autem est carnalis cōmixtio si fiat pollutio in quocūq; mēbro sed multo minus si in membro nature fiat. De hoc tamen solet fieri dubitatio si aliquis dicat se aliquam cōgnouisse extraordinarie quomō sit ei credendum. magna enim est presumptio contra talē q; cognouerit eam carnaliter q̄ alio modo. Et tale factum nullo modo per testes probari potest. s; credendum ei s̄m q; ipse circa cōfessionem cōfitebitur sacerdoti.

De impedimēto quod fit propter enormitatem delicti. Ca. lxxii.

Quod sequitur impedimētuz m̄rimoniū quod dicitur enormitas delicti. Dicunt enim canones q; si aliquis uxorez suā uel matrē uel seniorē suum. id est dominuz occiderit. decetero nunq; m̄rimonium cōtrahere poterit. Verūtāmē si de facto cōtraxerit. dubiū est an sit matrimoniu. Et distinguūt q; duobus modis ī tali casu fieri pōt prohibitio. Si em̄ p̄hibeatur q; decetero non cōtrahat cū aliqua. ⁊ tamen cōtrahat. uerū ē m̄rimonium. Si autem sic est facta p̄hibitio. scz q; nullum inter ipsum ⁊ aliā personam esse possēt m̄rimonium. licet tunc de facto cōtrahat. nihil tamē est quod facit. ⁊ bene potest ecclesia talez facere constitutionē. ⁊ potest em̄ ī multis cum causē cognitōe dilatare ⁊ coartare matrimonium. sicut aliquādo ex

constitutione ecclesie non fuit m̄rimonium in quinto gradu. modo tamē est. sed plene determinat quousq; extēdatur talis ecclesie ptās. scilicet utruq; cōstitui possit q; sit matrimoniu inter album uirū ⁊ nigram mulierē. Sed illud disputatōis est. Notandū quoq; q; scdm̄ leges seculares licebat quādoq; occidere uirum adulterū cū uxore sua inuentū. quod tamē nō modo licet. sed tm̄ ei amputare uirilia. ne de cetero sue crudelitatis imitatorez generet. Ad cuius rei similitudinem ecclesia cōstituit ut ei qui uxorez occiderit. amputet̄ usus uirilium ut nunq; decetero cōtrahere possit m̄rimonium ad paterne crudelitatis imitatorez gerendum. Et sicut cōstitutū est in legibus secularibus. q; si aliquis inueniret uirum cum uxore sua coeūtem in prostibulo. ibi non possēt eū ledere. quia in tali loco plus fornicatio q̄ adulterium intelligeretur. Ita etiam cōstituit ecclesia q; si aliquis cum uxore sua clericū inueniret. ⁊ ei uirilia ap̄icaret. in canōne late sentēcie non incideret. nec excōmunicatus esset. dummodo legis statute modū non excederet. Si em̄ amplius eum q̄ predicto modo lederet excōmunicatus esset.

De sacramento confirmationis.  
Capitulum lxxiii.

Estant adhuc duo sacramenta. scilicet confirmatio ⁊ extrema unctio. quorū noticiā sacerdotibus est necessāria. Est autē cōfirmatio unctio per manum episcopi in fronte facta ad robur fortitudinis dandum ⁊ audacie. Spiritus em̄ scūs dat̄ ad multa. q̄uis em̄ spiritum scūs

aliquis habeat per gratiā. idem tamē spiritus ei potest dari āplius. uel ad operationem miraculorum uel ad pphetie usum. uel ad curatōez sanitati. uel ad robur audacie ⁊ firmitatis.

Et est sciēduz q̄ aliquis sine tali cōfirmatione decedēs. non minus ē plenus xp̄ianus. nec minus ppter hoc si caritatē habeat saluabit. Verū tamē deest ei aliquid. s. usus audacie cōtra persecutores ⁊ demones. quam si esset confirmatus plenius haberet. Vñ peccant adulti si sciant se non esse confirmatos nisi pro confirmatione ad episcopum accedant. ⁊ similiter parentes nisi q̄cito possunt paruulos ad cōfirmandum trāsmittant. ⁊ est grauis penitētia omnibus iniūgēda. Sacerdotes ergo cum ad confessionē parrochiani sui ueniunt inquirere ab eis debēt utrum sint cōfirmati uel non. uel utz paruulos habeāt non cōfirmatos. et instruere eos debēt quid faciāt. Et ppter huius sacramēti uenerationem a minoribus non cōfertur sacerdotibz. sed tm̄ ab episcopis. Hoc enīz signatum est per hoc q̄ sp̄s sanctus in die penthecostes super apostolos descendit. prius enim erāt timidi ⁊ propter iudeorum metū absconditi. sed postea audacter exiuerūt ⁊ ante reges ⁊ presides sine metu mortis publice predicauerunt. Antiquitus tamen quidā erāt episcoporum uicarii. qui corepi dicebant. qui uices episcopoz in cōfirmatione ⁊ in quibusdā aliis supplebant. sed q̄a circa episcopos multa sibi nō ad eos pertinētia usurpabant nomen eorum uniuersaliter est deletū. Est enī pessimus usus laycoz multoz qui cōfirmatorum frontes cum mūda fa-

scia honeste non ligāt. Cum ei crisma sit sanctum. est per honestā ligaturam ab omni immūdia custodiēdum. ⁊ tertia die ne sordet crisma cōburi debet ligatura. super hoc layci a sacerdotibz sunt instruēdi. Est preterea notādum q̄ in cōfirmatione sepe mutatur nomē confirmati. Possunt enīz episcopi in cōfirmatione alicui nomē suum mutare sicut etiā nomē dñi pape in sua mutat consecratōe. Tūc enī quasi nouus homo nascit. ⁊ ideo nouum nomen suscipit. Cum enim consecratur papa. ei offertur liber in quo nomina omnium ātecessoz suoz scripta sunt. ⁊ cum librum aperuerit. nomē aliud habebit quod scriptū inuenit ī illa pagina quā primo aperuit.

De sacramēto extreme unctionis.

Capitulū. lxxv.

Extrema unctio est sacramentum unctionis quod confert egrotis ad diminutionē pene uel morbi corporalis. uel ad remissionem pene tēporalis. s. penitētie. In tali enīz unctione sepe alleuiatur dolor patientis ⁊ semper aliquid dimittitur de pena penitētiā. ⁊ ideo sicut supra dictum est extrema unctio unum ē illorum septē. per que pene satisfactorie relaxant. Vnde remouendz est error laycoz qui nolūt recipere unctiōnem extremā nisi tm̄ in morte. Adelius enī esset in principio inūgi egritudinis. Nit enim beatus Jacobus. Infirmatur quis in uobis inducat ps̄bite / ros ecclesie ⁊ orēt super eum. ungant eum oleo in nomine domini. ⁊ fō fidei saluabit infirmū. ⁊ si in peccatū est dimittent ei. Datet ergo q̄ multi per

extremam unctionē curant' ab egritu/  
dine sua. Est alius quoq; error lay/  
corum remouēdus. dicens q; nulli p;  
banc unctionē uxorem suam tāgere li/  
cet. Dicunt etiā q; semper decetero de/  
bent esse in abstinentia. ⁊ hec oīa sunt  
falsa. Verū tamen qui sic unctus ē. in  
maiori reuerētia corpus suū debz cu/  
stodire. ⁊ magis q̄ prius a sordibus  
abstinere. nec tamē propter hoc extre/  
mam unctionē cui; est necessaria debet  
quis uitare. sicut nec sacerdos ordinē  
licet postea in maiori mūdicia ⁊ hōre  
q̄ prius se debeat custodire. Est p̄  
terea notādū q; extrema unctio be/  
ne potest post annum s̄m consuetudi/  
nem ecclesiasticā iterari. Virtus ei; ei;  
durat per ānum. sicut penitētia omni/  
um peccatorū in anno terminat'. ⁊ iō  
benedictio ⁊ cōsecratio crismat' sem/  
per iterat' in fine āni per episcopū. nō  
quia uetus crisma suam benedictionē  
⁊ uirtutē unq; amittat. sed hoc iō fit.  
quia uetus totū cōsumptum est. ⁊ eti/  
am quia uetus crisma in maiori reue/  
rentia haberi debeat. Non āt dicit ex/  
trema unctio. quia nō possit seq; alia  
sed quia sepe ita solet cōtingere q; ta/  
lis unctio dat' in extremis laboranti.  
⁊ potest āt dubitari de hoc qd dicit be/  
atus Iacobus pluraliter. Infirmatur  
quis in uobis inducat presbiteros ec/  
clesie ⁊c. Quasi non sufficit unus pres/  
biter. sed hoc dictū est de cōsilio. Va/  
let enim plus oratio pluriū sacerdotū  
q̄ unus. sicut magis prodest pluri/  
bus sacerdotibus cōfiteri q̄ uni pp/  
ter plures erubescētiās. quarum quel/  
bet dimittit aliquid de pena peccati.  
⁊ tamē sufficit cōfiteri soli.

De potestate clauis. Ca. lxxvi.

Est hec dicēdū restat de cla/  
uibus. Dicunt quidā q; una  
sola clauis est. scz ptās ligā/  
di ⁊ soluēdi. Sicut em eadem clauis ē  
qua aperit' ⁊ claudit' hostiū. ita eadē  
est qua quis ligat' ⁊ soluit'. De sciētia  
uero ligādi ⁊ soluēdi dicūt q; non est  
clauis. quia multi sacerdotes ita stul/  
ti sunt q; nesciūt quō ligare debeāt ul'  
soluere. Vñ non pōt dici q; hēat cla/  
uem sciētie. Alii tamē dicūt q; ptās li/  
gandi est una clauis. potestas soluē/  
di alia. sciētia uero ligādi atq; soluē/  
di tertia. Verū tamen quidā dicunt q;  
tuor clauis esse. dicunt enim sicut una  
est clauis. potestas ligādi. ⁊ alia po/  
testas soluēdi. ita debeat eē alia cla/  
uis. sciētia ligādi. ⁊ alia. sciētia soluē/  
di. Sed melius est ut dicat' q; due tñ  
sunt clauis. una ptās ligādi ⁊ soluē/  
di. alia sciētia ligādi atq; soluēdi. Et  
sciēdū est q; aliter res se habet in phi/  
sica naturali per quam corpora curā/  
tur. ⁊ aliter in phisica theologica in q;  
anime sanant'. In phisica em natura/  
li curare pōt quicūq; scientiam habet  
curandi. s. artē medicinatē. sed in phi/  
sica theologica nullus curare pōt ani/  
mas. nisi ligādi ⁊ soluēdi hēat ptātē

Difficilis autē questio est utz qui/  
libet sacerdos habeat secūdam clauē  
id est sciētiā ligādi atq; soluēdi. Ad  
hoc quidā dicunt q; secūda clauis est  
nō sciētia ligādi ⁊ soluēdi. s; obnox/  
itas siue obligatio qua quis astrigit'  
ad hoc ut sciat ligare ⁊ soluere. siue sci/  
at siue non. Quoties em aliquis assu/  
mit ordinē sacerdotii ad hoc se obli/  
gat ut sciat ligare ⁊ soluere. ⁊ si nescit  
⁊ non uult addiscere. semp in mortali

est peccato. cum teneatur scire et nesciat  
quomodo et quando et quibus iniun-  
gere debeat penitentiam. et quos excō-  
municare uel absoluerē. Sed multū ista  
non placet opinio. Sicut enim alicuius  
principis ianitor non dicit hēre cla-  
ues quas forsitan amisit. licet eius of-  
ficium sit claudere et aperire. ita sacer-  
dos licet suū sit officiū ligare et solue-  
re cum nihil sciat. clauē sciētiae non di-  
cit habere. Ideo melius dici potest quod  
nunquam in sacerdotem aliquis ordinat  
nisi quantum ad dominum ligandi et  
soluendi det ei sciētiam. Semper enim in  
susceptione ordinis sacerdotalis ali-  
qua noua sciētia ordinato a deo da-  
tur. uel prius habita augmentat. sicut  
Eaypbe ex uirtute sacerdotalis ordi-  
nis datus est spiritus prophetie. Et ita  
quilibet sacerdos clauem habet scien-  
tie. quidam tamen magis quidam minus  
secundum quod deus maiorem uel minorem  
ei sciētiam.

Et autem sciendum quod quilibet sa-  
cerdos potestatem suam habet liga-  
tam et limitatam preter solus papa. il-  
le enim solus ubique ligare potest et solue-  
re. sed alius sacerdos non nisi in certo  
loco et certas personas. ut episcopus  
non potest soluere et ligare nisi in sua  
diocesi et subditos suos. Adior sa-  
cerdos non nisi in sua parrochia et su-  
os parochianos. Unde claustrales et  
heremite qui nullam habent parrochiam  
nec aliquam animarum curam. nullum ad  
confessionem possunt recipere. quia nul-  
lum ligare possunt uel soluere. nisi da-  
ta et relaxata eis fuerit auctoritate epi-  
scopi uel alicuius maioris prelati. Dubita-  
tur autem de hoc quod in euangelio le-  
gitur. Quodcumque ligaueris super ter-

ram erit ligatum et in celis etc. Hoc dic-  
tum est de omnibus sacerdotibus. et non  
uidetur falsum. quia multi indiscreti sa-  
cerdotes iniuste et indiscrete aliquos qui  
nullam habet culpam ligant. et talis  
non est ligatus in celo. quia deus ligati-  
onem illam non approbat. Ad hoc di-  
cunt alii quod deus habet illum pro liga-  
to quantum ad hoc. quia uult ut obe-  
diat illi ligationi. et non rupta unita-  
tem ecclesie. sententia enim pastoris si-  
ue iusta siue iniusta sit semper est timen-  
da. nisi pastor errorem suum exprimat.  
ut si dicat. Excommunico te quia credis in  
deum. Talis enim sententia nulla est. et  
ideo non est tenenda. Similiter si iudex  
ferat sententiam in manifesto contra iu-  
ra scripta ut si aliquem post appellati-  
onem excommunicet non est tenenda ta-  
lis sententia. Item si excommunicet alie-  
num parochianum. nulla est sententia  
nisi forte alienus ratione delicti. et sic  
ratione contractus efficiat suus. Unde  
si alius furtum in ecclesia mea uel parro-  
chia mea fecerit uel cum aliqua matri-  
monium contraxerit. propter hoc meo  
effectus est parochianus. Et si delic-  
tum noluerit emendare. ipsum bene pos-  
sum per excommunicationem ligare.

Quod sententia pastoris iniusta potest esse  
tripliciter. Ca. lxxvii.

Et autem sententia pastoris ini-  
iusta tripliciter. scilicet ex causa. ex  
animo. ex ordine. Ex causa quia  
do ille qui ligatur nihil deliquit. Ex  
animo. quando quis propter iracundi-  
am uel inuidiam aliquem excommunicat.  
In utroque istorum casuum licet iniusta  
sit sententia est tenenda. Ex ordine iniusta



est etiam sentētia quādo nō obserua/  
tur ordo iudiciarius s̄m cōstitutōem  
ecclesiasticam. ut quādo iudex excom/  
municat aliquem ad iudiciū nō voca/  
tum. neq; per testes cōuictum. neq; in  
iure cōfessum. Et sciēdum est q̄ nū  
q̄ excōmunicandus est aliquis nisi p̄  
sola cōtumacia. ut si uocatus ad iudi/  
cium uenire noluerit presens. uel no/  
lit parere iuri. uel si sine licētia a iudi/  
cio recesserit. Quodcunq; enim crimē  
aliquis cōmiserit nunq; excōmunicā/  
dus est. si uel per cōsiliū uel per eccle/  
sie mādatum emēdare uoluerit. Si āt  
iudex iudiciarius ordinē nō obserua/  
uerit. ita q̄ ex toto rūpat ordinē iu/  
dicii. dicunt fere om̄s q̄ tūc nō tenebū/  
tur sentētia eius.

**De in extremis quilibet sacerdos  
p̄tatem habet soluēdi. Ca. lxxviii.**

Sciēdum etiā q̄ quilibz sacer/  
dos in necessitate ligādi et sol/  
di potestātē habet. s. in mor/  
tis periculo. ut si sacerdos alienus sup/  
uenerit bene pōt moriētis cōfessionē  
audire et ipsum absoluerē. sed tūc non  
debet ipsum ligare. i. aliquā penitētiā  
ei inūgere. Nunq; moriēti inūgēda  
est penitētia exterior sed innotescēda.  
Iudicia enim cōfessione sacerdos ei di/  
cet. Tantā penitentiam deberes facere  
si sanus esses. sed nunc quia ad forum  
dei uadis. s. ad purgatoriū nullaz in/  
ungo tibi penitētiā. dominus enim  
quantū uoluerit et q̄ dū ei placuerit.  
ibi a te recipiet emēdationē. Si uero  
superuixeris. ad me ut debitam inau/  
gam penitētiā redibis. Potest etiā  
laycus in necessitate sicut dicit Aug⁹.

alicuius cōfessionē audire. sed q̄ nō  
habet clauem. non potest eum absol/  
uere uel ligare. Valet autē ad hoc lay/  
co facta cōfessio. quia erubescētia cō/  
fidentis magna est pars satisfactōis  
Si uero contingat q̄ non sit p̄ns nisi  
ribaldus uel histrio. non est tutum ta/  
li cōfiteri. quia reuelaret om̄ia que au/  
dierit. Et si a cōfidente enorme peccatū  
audierit. magnum scādālū inter om̄es  
audiētes faceret. Ex hoc patet q̄ mul/  
tum peccant layci qui incitat et iuitāt  
damnātū ad patibulum. ut quicquid  
unq; fecit corā omni populo cōfiteat  
et q̄ hoc p̄sit anime sue dicāt qd nō  
est uerum. precipue si multa fecerit cri/  
mina enormia. quibus auditis totus  
scandalifet populus. sicut cōtigit ali/  
quando. q̄ quidaz ita incitatus se cū  
matre sua que adhuc uiuebat cōfessus  
est cōcubuisse. unde magnū fuit ī po/  
pulo scandalum. Deterius quoq; ē q̄  
persuadent dānato. q̄ sui furti socios  
accuset et eorum peccata reuelet. Nul/  
lus enim in cōfessione aliena sed pro/  
pria queq; debet cōfiteri peccata. Nec  
debet accusare aliū sed seipsuz. Nū si  
quis adulterium uel homicidiū cōmi/  
serit et cōfiteat. non debet dicere cuiq;  
muliere adulterauit. nec oportet q̄ di/  
cat quem hominē occiderit. ita tamē  
q̄ circūstāas non occultet. s. si sacer/  
dotem uel monachū uel dñm suū occi/  
derit. et ita de aliis intellige circūstan/  
tis. hec autē regula generalis ē. q̄ nū  
q; alienum quis detegat p̄tām quan/  
do confiteat propriū.

**De cōfessione clericorū Ca. lxxix.**  
Olet autem queri de clericis.  
utrum possint cōfiteri cuiquam  
q; sacerdoti. utrum quilibz sa

cerdos p̄tatem habeat in confessione  
quęcunq; clericū absoluēdi. Erat autē  
istud antiquū privilegium omnium de  
ricorum. q̄ cōfiterētur cuiuscūq; uellent  
si aliquis cām habēs querele ōtra ali  
um. quęcunq; bonum uirū p̄t eligere  
qui pacē faciat inter se ⁊ illū. sic ei iu  
dici nulla fit iniuria. quia iudex nul  
lum debet cōpellere ut accuset alium.  
Sed nunc aliter est ubiq; quia nullus  
sustinet episcopus q̄ clerici de sua dy  
ocesi cōfiteant alicui nisi sibi uel quez  
ad hoc ōstituit. hoc idem faciunt de  
cani de canonicis sui capituli. Sic eti  
am abbates sustinere nolunt q̄ qs de  
cōuentu suo cōfiteat alicui nisi sibi ip  
si uel de eoz speciali licētia alicui fra  
tri. Et hoc ideo faciunt ut cuiuslibet  
secreta cognoscāt. ⁊ ad quod peccatū  
sit quilibet pron9. ⁊ ita sciant quibus  
secure obediētias possint cōmittere. ⁊  
cōtra tale peccatū ad quod sciūt esse  
prorum sciāt precauere cuiuslibet. Con  
tigit autē in quadā abbacia q̄ qdam  
frater tale crimē cōmiserat. ita q̄ poti  
us uoluit inconfessus mori q̄ abbati  
suo illud confiteri. Abbas uero nullo  
modo ei licētia dare uoluit alteri cō  
fitendi. Ille uero in extremis laborās  
quēdam uocauit de fratribus ⁊ crimē  
suum illi cōfessus est. ⁊ sic est mortu9.  
Abbas autē ut extra cimiterium sic se  
peliret precepit. Fratres autē adhibi  
to episcopi loci ⁊ bonoz uirorum cō  
silio. ipsuz in cimiterio sepelierūt. Nec  
unq; post ut eiceret abbas impetrare  
potuit. Item alia uidet griseorum  
monachorum reprehēsbilis cōsuetu  
do. qui nullum uolunt recipere in suū  
monasteriū. nisi denuo ōmia que pri  
us fecerat peccata cōfiteat abbati. q̄

uis plene ⁊ perfecte suam peregerit pe  
nitentiam. nec indigeat iterū confiteri  
cum non passus fuerit recidiuū. ⁊ ab  
aliis mortalibus se conseruauerit in a  
culatum. Hoc ideo faciunt ut sciāt de  
quolibet cuius cōuersationis fuerit. ⁊  
ad que pronus p̄tā fuerit in seculo. ⁊  
sic melius custodiri possit in claustro  
⁊ auferri in secularibus peccatis pec  
candi occasio. Multi enim boni san  
cti ⁊ literati illoz ordinē dimiserunt.  
quia ut abbas eorum secreta sciret ō  
nia noluerunt. Notādum quoq; ē  
quod beatus dicit Aug9. q̄ si quis sa  
cerdotez indiscretū habeat magis dis  
cretum cui cōfiteat querat. hoc tamē  
non potest fieri sine licētia sacerdotis  
proprii. Nullus enim quātuncūq; in  
discretus sit ⁊ simplex propriuz debet  
cōtemnere sacerdotem. sed prius debz  
ei cōfiteri ⁊ postea licētia petere al  
teri confitendi. Et si proprius sacer  
dos licētia dare noluerit. ad superi  
orem. i. ad ep̄m uel aliū prelatū acce  
dat. ⁊ eius sequat cōsiliū. Solēt enī  
multa contingere in tali casu pericula  
Contingit enim quādoq; q̄ sacerdos  
nescit quam penitētia cuiq; peccato  
debeat iniungere. Contingit etiā q̄ sa  
cerdos ebriosus est ⁊ in lingua p̄ceps  
⁊ sepe cōfitentium detegit p̄tā. unde  
parrochianus suo timet cōfiteri sacer  
doti. Item cōtingit q̄ proprii sacer  
dotis domos subditus combussit. uel  
aliud damnum sibi intulit. ⁊ est sacer  
dos ualde iracūdis. ⁊ si sciret quis ei  
hoc damnum fecisset. in euz machina  
retur mortem. unde ille ipsi timet cōfī  
teri. In omni autem casu ōsimili ne  
cessarium est cōsiliū superioris prela  
ti. Notādum quoq; est q̄ sacerdos

parochianuz suū absoluere potest a uinculo triplici. sed eum ligare nō potest nisi duplici. Notest enim ipm absoluere a uinculo peccatoꝝ penitentie sue. aliquid de penitētia relaxādo. ⁊ a uinculo excomunicatōis maioris uel minoris. Sed querit̃ quomodo sacerdos aliquē possit absoluere a uinculo peccatoꝝ. quia solus deus peccata dimittit. Breterea anteq̃ penitens ad sacerdotē ueniat si est uere contritus quantū ad culpaꝝ omnia sunt ei dimissa peccata. A quo ergo absoluit eum sacerdos? Dicunt quidam q̃ hic est sensus. sacerdos absoluit aliquem a peccato. i. absolutum ostēdit

Sed melius est dicēduz q̃ sacerdos penitēte absoluit a foro penitentie obligatōis ⁊ dyaboli impetitōe. ⁊ in foro iudiciali est simile. Aliq̃ em̃ ab aliquo corā iudice debitum petit. sed in rei ueritate nihil ei debz. Actor falsos testes producit ⁊ a probatione eadem deficit. Iudex ergo quia nihil debuit. reuz non a debito sed fori obseruatione iudiciali absoluit. ne iterum oporteat illū propter hoc ad iudicium uenire ⁊ ab actoris eum absoluit impetitione. ne decetero tale debitum unq̃ possit petere. Similiter sacerdos non absoluit penitēte a peccato. quia dimissum est ei prius in contritione. sed quantū ad hoc absoluit eū ne iterum oporteat eum propter hoc peccatū ad cōfessionem uenire. ⁊ quātuz etiam ad hoc q̃ dyabolus decetero de hoc peccatō extra ipsum nullam querelam potest habere

De indulgētiis ⁊ relaxationibꝯ penitentie. Ca. lxxx.

Et iteruz ualde dubitabile q̃ quidam prelati indulgētiis ⁊ remissiones faciunt p̃nie oībus benefactoribus sue ecclesie ⁊ de iniuncta sibi penitētia triginta dies uel plus uel minus eis relaxant. siue sint alieni siue proprii parochiani. cum nullus alienos ligare possit uel soluere. ut predictū est parochianos. Et hoc non est uerum nisi forte uicini ep̃i suis concesserint parochianis q̃ ratam relaxationem habebunt illā quā alibi inuenire poterunt. Sed itez q̃ ritur cum relaxant̃ decem dies de aliquius penitētia. utrum aliquid relaxetur ei preter ieiunium cum multū nō iniungant ieiunia s̃ forte peregrinatio uel elemosina. uigilie. uel cilicium. ⁊ orationes uel aliquid tale. Quid ergo relaxat̃ cum eis dicit̃. relaxamꝯ uobis decem dies de uestra p̃nia. Nunquid si iniuncta fuerit ei peregrinatio. quam non potest nisi quadraginta diebꝯ perficere. absolutꝯ erit si faciat iter triginta dierum uersus locum peregrinationis sue ⁊ tunc redeat. Et solent quidā dicere q̃ si alicui per certum tēpus penitētia iniungat̃ ⁊ decem dies sibi de p̃nia relaxent̃. omnia que per illos decem dies debebat facere relaxata intelliguntur. Alii tamē dicūt q̃ nullus scit preter deum quāta cuiq̃ peccato debeatur p̃nia. nisi q̃ sp̃s sanctus reuelat ecclesie q̃ uni peccatō p̃nia iniungit̃ septennis. alii biennis. alii triennis. cum sepe scdm̃ diuinam iusticiam maior debeatur uel minor. Ad hoc tamē ualet talis relaxatio penitēti. q̃ si auctoritate ecclesie a parte penitētiē sibi relaxata cesauerit non propter hoc in inferno puniet̃. sed dominus in purgatorio qd̃

ei de iusta pena defuit supplebit Si autem ab aliqua parte penitentie propria auctoritate cessasset mortaliter peccasset. et propter hoc punietur in inferno. Alii melius dicunt et quod est probabilis scilicet quod cum primo in ecclesia dei tales promissa fuerint relaxatōes. hec eorum fuit consideratio qui dederunt quod se et ecclesiam suam ad tantam partem penitentie supplendam obligabant. quantum suis benefactoribus relaxabant. Et est sensus verborum talis. Relaxamus uobis decem dies de iuncta penitentia. id est obligamus nos et ecclesiam nostram ad faciendum pro uobis decem dierum penitentiam. Et hoc potest bene fieri. quia potest alius pro me suscipere ieiunium. disciplinas. orationes et similia. et si illa fecerit absoluitus sum. Unde in quibusdam locis religiosi. fratres disciplinas pro fratribus suscipiunt et prodest eis Si enim non faciunt illi quod promittunt. oportebit me de eo satisfacere. sed non supertransgressor si non feci. quia pro me alius tenebat. et per alienam promissionem deceptus fui.

Quomodo aliquis efficiat alterius parrochianus. **Ca. lxxxi.**

Etandum quoque est quod simplex sacerdos non potest excommunicare aliquem nominatim nisi ex mandato sui superioris. et hoc iō constat quia non habet forum iudiciale sed tantum penitentiale. Unde nullum potest ad iudicium suum uocare. nec tenere causam inter aliquos in presentia sua. et nullus quoque nominatim excommunicandus est. nisi in iudicio de consuetudine fuerit committus. Sed bene potest simplex sacerdos imitare aliquem in gene-

re ad emendationem malefici quod in parochia sua fecit. et similiter potest eum aduocare in genere ad excommunicandum. si ad emendationem non uenerit. et postea excommunicare et absolvere in priuato si ad emendationem uenerit. Sed et si ueniat ad sacerdotem et suum crimem confiteatur et emendare nolit iuxta consilium sacerdotum. nihilominus potest et debet ipsum excommunicare. sicut decretalis sententia dicit. Si uero non habeat unde delictum emendet. iurare debet sacerdoti quod quicquid ultra districtas necessitates conquirere poterit. pro emendatione dabit et tunc non ipsum excommunicabit. licet etiam iniuriam passus instanter petat.

Solet autem queri si sacerdos suum possit excommunicare episcopum. si in parochia sua furtum fecerit? Et dicunt multi. potest. licet enim nemo suum ligare possit superiorē. ipse tamen episcopus hoc faciēdo scelus fecit se minore. Item alicubi contigit quod sacerdos sui parrochiani domum incēdit. et postea omnes qui hoc fecerunt excommunicauit. questum ergo fuit utrum sacerdos seipsum excommunicare possit et absolvere si delictum emendaret? Et dicunt quidam quod seipsum excommunicare nec etiam absolvere potuit. Nullus enim aliquem potest uel absolvere nisi minore. sed nullus est minor uel maior seipso. Alii tamen dicunt alii. scilicet quod in uno statu minor fuit seipso. scilicet in quantum malefactor fuit. in quantum sacerdos et pastor maior. Tutius tamen est illi quod ad suum accedat superiorem. et suum crimem confitendo petat absolutionem. Constat enim quod nullus sine confessione sanari potest. et ita nullus seipsus absolvere potest. quibus

Forte seipsum ut dictum est possit li-  
gare.

In quibus casibus sacerdos solue-  
re non potest propriuz parrochianū  
uel ligare. **Ca. lxxxii.**

Vnt autē plures in quib9 sa-  
cerdos non pōt nec ligare nec  
soluere propriū parrochianū  
sed ipsum mittet ad episcopuz uel ad  
episcopi penitētiarium. Sunt em̄ que-  
dam crimina. quoz cōfessionem ep̄s  
in propria debet audire persona. Sz  
quia episcopi in multis sepe negociis  
impediti. in sede cathedrali hoc implere  
non possunt. ideo per singulos archi-  
diaconatus uicarios pro se 7 p̄nia/  
rios cōstituunt. qui ne fatigent pau-  
peres eundo ad episcopū eorum con-  
fessiones audiūt. In primo ergo casu  
hec est regula in ecclesia dei cōstitutā.  
q̄ omnia crimina accusatione 7 dam-  
natione dignissima si per sentēciaz uel  
cōfessionem propriā. uel per facti eui-  
dentiam publica fuerint 7 detecta. ad  
episcopum uel ipsi9 uicariū ad recipi-  
endaz ab eo p̄niam. trāsmittēda sunt  
Et hec est ratio quare hoc fit sicut di-  
cit canon. qui publice peccat. publice  
peniteat. Quādo em̄ p̄ctm̄ omnib9 est  
manifestuz. duplex est ibi offensa. Uel  
fenditur enim de9 per p̄ctm̄. 7 ecclesia  
per infamiam 7 scādalum. 7 ideo qui  
publice peccauit deo 7 ecclesie satisfā-  
cere debet. ut tota ecclesia uideat eiuspe-  
nitentiam. quod fieri non possēt. nisi  
ad superiorē mitteret.

Similia uero accusatōe 7 dāna-  
tione dignissima. non sunt ōnia  
generaliter. sed tm̄ illa de quib9 caus9  
in foro 7 in iudicio ecclesiastico uēti-  
latur. ut adulteriū. incest9. falsuz testi-

monium. fides lesa. ueneficiū uel forti-  
legium. rapina. incēdium. 7 aliquādo  
homicidium si fuerit manifestum. Ta-  
lia em̄ crimina cum manifesta fuerint.  
trāsmitti debēt ad ep̄m uel eis uicari/  
um. quia simplex sacerdos nisi in ne-  
cessitate tales ut dictū ē absoluerē nō  
potest uel ligare. Multa autē sunt crimi-  
na que accusatione 7 damnatōne non  
sunt dignissima. ut hec. fornicatio.  
ebrietas. 7 fere ōnia uicia spūalia. ut ī  
uidia. iracūdia. auaricia. nisi auaricia  
pervsurā uel per symoniā fuerit detec-  
ta. Crimē enim auaricie accusatione 7  
damnatione dignissimū est. sed mani-  
festari non potest nisi per usuram uel  
symoniam. 7 ideo feneratorēs mani-  
festi ad episcopū trāsmittunt. De sy-  
monia uero postea dicit in sequenti/  
bus. De aliis autem predictis pecca-  
tis non accusat aliquis in foro eccle-  
7 ideo pro talibus simplex sacerdos  
penitētiā potest iniungere. Sciēduz  
tamē est q̄ simplex fornicatio inuete-  
rata s̄m cōsuetudinē ecclesie ī foro pu-  
nitur ecclesie. quia si simplex fornica-  
tor diu cōcubinam suā tenuerit. eā co-  
gitur abiurare uel in matrimoniū du-  
cere. Sciēdum tamē q̄ non simpli-  
citer aburabit eam. sed hoc modo. q̄  
si decetero ipsam cognouerit eāde9 in  
uxorem habebit. Si uero post tale iu-  
ramentum passus fuerit recidiuū 7 eā  
noluerit habere in uxore. mittēdus ē  
ad episcopum non propter fornicati-  
onem sed propter periuriū manifestū  
uel propter manifestā fidei lesionē

¶ propter enormitate9 delicti sa-  
cerdos parrochianum suum deb9 ad  
episcopū mittere. **Ca. lxxxiii.**

Et 7 alius casus in quo etia;  
pro occulto crimine sacerdos  
propriū parrochianū mittere  
debet ad ep̄m. s. propter enormitate;  
delicti. 7 tale crimē est partus ppriū  
suffocatio. uel quādo paruulus p pa  
rentum negligētiā cadit in aquā uel  
in ignem. uel alio modo per custodie  
defectum morit̄. Vnde sacerdotes in  
ecclesia parētes moneāt q̄ paruulos  
suos secum ī lecto nō habeāt. nec eos  
tenere in cunabulis constringant. nec  
unq̄ effē sine custodia permittāt. Om  
nes enim sic peccātes. ut dictū est mit  
tendi sunt ex consuetudine ad episco  
pum. Tale em̄ crimen etiā est uolentia  
in patrē 7 matrē manū iniectio. Sui  
enim patrē uel matrē uerberauerit. lu  
cet occultum sit crimē. tamē ex consue  
tudine propter enormitate; criminis  
mittit̄ ad episcopum. Similiter fieri  
debet si uir 7 mulier cuz bruto aīali q̄  
uis occultum sit cōcubuerint. 7 si do  
minum in proditōe quis occiderit. uel  
enorme incēdiū fecerit. uel enorme sa  
cilegium in eccl̄ia. s. fornicādo uel fu  
rando in ea. Omnes em̄ tales ex con  
suetudine mittunt̄ ad episcopū. quia  
sicut legit̄ in canone. propter tale cri  
men debz ecclesia si dedicata fuerat re  
dedicari. uel ad minus per asperionē  
aque benedicte ab ep̄o reconciliari. et  
donec recōciliata fuerit eccl̄a debz sus  
pendi. Item si fornicatio fuerit cum  
bruto animali debet ipsum aīal occi  
di. quod forte nō posset fieri sine auc  
toritate episcopi. Item in omni casu  
in quo certa scripta ē penitētia p ali  
quo crimine. non pōt sacerdos aliqd  
de penitētia relaxare. Si relaxatōe o  
pus fuerit. mittet̄ penitēs ad episco

pum. Verbigracia. Si quis enormem  
commiserit incestum cum matre uel fi  
lia uel cum duabus sororibus. Vnde  
in perpetuum priuari debet m̄onio  
si necesse est dispēsare. quia forte iuue  
nis est uel iuuecula 7 multo deteriy ti  
metur. mitti debet ad episcopū. ut ui  
deat si cum tali sit dispēsandum. Si ri  
ter si quis circa ordines suos. s. furan  
do uel in eis saltū faciēdo. uel symo  
niace uel ab excōmunicato uel hereti  
co suscipiēdo. uel aliquod beneficiū  
symoniace accipiēdo peccauerit. q̄a ī  
omnibus talibus certa scripta est pe  
na. s. q̄ ab officio sunt 7 beneficio sus  
pendēdi. Hi om̄s tales mittēdi sunt  
ad episcopū. quia simplex sacerdos  
de pena nihil eis relaxare pōt. Simi  
liter si parrochianus tuus ab aliquo q̄a  
te excōmunicatus fuerit. debes eū mit  
tere ad illum qui ipsum excōmunica  
uit. De aliena enim sentētia ipsum nō  
potest absoluerē. Itē si habes parro  
chianum incorrigibilē ī aliquo crimi  
ne diu iacentē. 7 illud singulis ānis cō  
fitemem. nec tamē dimittere uolentem  
mittes eum ad episcopū ad similitudi  
nem medici qui per multos ānos del  
buit curare egrotum. 7 fecit quicquid  
potuit nec profecit. Et dices ei. Fra  
ter ex ignorātia mea uel peccatis me  
is uel forte tuis exigentibus. te curare  
non possūz. ad superiorē ergo uadas  
7 eius utaris cōsilio. Et si ille recusaue  
rit eat ipse sacerdos ad episcopum et  
omnia sibi ostendat. ut cōsiliū con  
tra talem subditum ep̄s apponat.  
De uicubinis sacerdotū. Ca. lxxxiiii

Et 7 alius casus in quo sacer  
dos nec ligare nec soluere po

est subditum suū. ut si sacerdos ī sua  
parrochia aliquā corruperit. suaz au  
dire cōfessionē nec iniungere penitēti  
am poterit. Nulla em̄ cōfessio sine eru  
bescētia fieri debet. Illa uero mulier  
coram suo non erubescit corruptore.  
Idem est iudiciū si aliquo crimē cū  
sacerdote p̄iceps fuerit sacerdoti sub  
ditus. ut in furto uel homicidio uel  
rapina uel falsa mercatura ⁊ similib⁹  
Nec etiam talem subditum ad aliquē  
uiciniū sacerdotē mittere poterit. Im  
ne enim ius quod habuit in eo amisit  
sicut si medicus infirmo sibi cōmisso  
uenenū pro medicina daret. nullā de  
cetero illius egroti habere deberet cu  
ram. Similiter sacerdos qui subdito  
mortalis peccati uenenum dedit. nul  
lam in eo decetero p̄tatez habebit Sa  
cerdos at̄ uicinus auctoritate uel licē  
tia sacerdotis qui peccauit. nullāz ha  
bet p̄tatem illam uel illū absoluedi ul  
ligandi. ⁊ ideo sepe sine p̄nā ⁊ cōfes  
sione remanet. Nihil ergo r̄stat nisi ut  
ealis ad prelatū superiorē accedat. ⁊  
ab eo p̄nā accipiat.

De confessione facta per scriptum  
Ca. lxxxv.

Tem notādum q̄ nullus pōt  
cōfiteri per scriptū ut dicit A  
postolus. Corde credit ad iu  
sticiam. ore at̄ cōfessio fit ad salutem.  
Et psalmista ait. Cōfitebor dño in o  
re meo. Legit̄ tamē q̄ rex karol⁹ tale  
crimen cōmiserat q̄ beato Egidio cō  
fessori suo noluit confiteri. nec etiā al  
teri sacerdoti. Angelus autem domi  
ni illud crimē scripsit. ⁊ scriptum bea  
to Egidio tradidit. Beatus autē Egi  
dius ad karolū accessit. ⁊ ei quod oc  
cultum esse credeb̄ at ostēdit. ⁊ ita ha

rolus penituit. Fuit at̄ illud miraculo  
sum nec est ad cōsequētiā trabēduz.

Itē contigit q̄ quedā mulier litera  
ta crimē enorme cōmisit quod suo sa  
cerdoti cōfiteri noluit. Vñ sacerdos  
dolēs precepit q̄ p̄ctm̄ illud scriberet  
⁊ bene signatū iuxta altare in ecclesia  
terre īfoderet. Postea tertia uel quar  
ta die sacerdos mortuus est. Mulier at̄  
de nocte cōsurgēs ad sepulcrum sacer  
dotis cucurrit dicēs. V proditor qd  
de scripto meo fecisti. alieno tradidi  
sti qui aperuit ⁊ crimē meū legit. Erue  
nit uox de sepulcro dicens. Vade ad  
altare ubi posuisti scriptū tuū ⁊ inue  
nies illud integrum. Quod cum fecis  
set ⁊ scriptū aperuiss̄. illud ex toto in  
uenit uacū. Et sic patuit q̄ crimē ei⁹  
ex toto fuit deletū per talē cōfessionē.

Item alius sacerdos dixit parrochi  
ano suo quoddā crimen cōfiteri nolē  
ti. Scribe p̄ctm̄ tuum ⁊ scriptuz pone  
super altare. ⁊ dic hec uerba. Domine  
deus tibi cōfiteor ⁊ huic sacerdoti pec  
catum hoc scriptū ī hac cedula. Hoc  
facto sacerdos scriptum caute aperu  
it ⁊ p̄ctm̄ legit. postea sub eodē signo  
ita caute cōplicauit q̄ insensibilis lesio  
signi fuit. Postmodū illum uocauit  
dicēs. Frater noli erubescere confiteri  
p̄ctm̄. multa em̄z crimina enormia no  
bis sunt nota que tu credis ignota. et  
multa ei talia noīauit. inter que tādez  
⁊ illud scriptū in cedula nomīauit. qd  
cum audisset ille exclamās ait. V pro  
ditor scriptum meū aperuisti. ⁊ sacer  
dos protulit ei scriptū integrū ut ui  
debatur. Vnde cōfusus ille statim pec  
catum suum humiliter cōfessus ē. Et  
ita patet q̄ qui cōfiteri propter uere  
cundiam obmittunt. pie sunt deluden  
f

di ⁊ ad confessionem attrahendi.

De confessione mutorum.

Capitulū lxxxvi.

Sciendū est tamē q̄ si mutus sci  
at scribere. potest bene pecca  
ta sua p̄ scripturā cōfiteri. ita  
tamen hoc fieri debet. q̄ cuz sacerdos  
p̄ctā legit scripta. debet mutus aliquo  
signo ostēdere se cōfiteri corde ⁊ de il  
lis dolere. Si uero nescit scribere. ul̄ in  
firmus aliquis cum uenerit ad eum sa  
cerdos loqui nō possit. sacerdos per  
familiam infirmi uel uicinos de omni  
nibus querat peccatis. ⁊ si mutus uel  
obmutescens alicuius talum reus sic  
ut si prolē ex fornicatōe susceperit ul̄  
potator aut scortator. aut fenerator  
aut in odio fraterno fuerit. uel bona  
alicuius iniuste detinuerit. ⁊ similia. ⁊  
postea nominabis infirmo talia pec  
cata ⁊ dices q̄ saltem nutu uel gestu ī  
dicet si aliqua illoꝝ que noiata sunt  
fecerit. hoc modo aliquod consiliū ei  
dare poterit.

De cōfessione stultorum.

Tem notandum cum stulti siue mo  
riones ad confessionem uenerunt cau  
te circa eos agēduz est. ne talia ab eis  
inquirant que facere possunt scādaliū  
Tales eī nō celāt. sed omnia in cōfessio  
ne a sacerdotibus audita manifestant  
sicut quādoq̄ cōstitit q̄ quidā stultus  
de quadā nobili matrona diffamat⁹  
fuit. ⁊ cum de h̄mōi in cōfessioe nihil  
sacerdoti diceret. sacerdos ab eo que  
sunt si uerū esset q̄ cum illa dñā dor  
miret. Stultus at̄ statiz exquo a sacer  
dote recessit totū domino ⁊ multis ali  
is narrauit. Vnde matrona ⁊ uir ei⁹  
persecuti sunt sacerdotē. intm̄ q̄ eū ec  
clesiā suam relinquere oportuit.

De casu absoluēdi alienum parro  
chianum. Ca. lxxxvii.

Tem ē alius casus ī quo dixe  
runt uiri prudētes q̄ pōt sal  
cerdos alienū soluere ⁊ ligare  
parrochianum auctoritate dei ⁊ cano  
ms. ut si penitēs indiscretū habeat sa  
cerdotem ⁊ similiter indiscretū episco  
pum qui in nullo ei dare sciūt consili  
um. ⁊ propri⁹ sacerdos uel prelat⁹ ei  
dare licētiam discreto sacerdoti cōfite  
di noluerit. ⁊ forte ita debilis ē q̄ ad  
longinquū prelatum non pōt accede  
re. uidet q̄ ad quēcumq̄ discretum sa  
cerdotem uicinum possit ire. Vñ dicit  
Augustinus. Sui uult p̄ctā cōfiteri  
inueniat gratiā. querat sacerdotē sciē  
tem soluere ⁊ ligare. ne cum negligens.  
circa se extiterit. negligat ab eo q̄ eum  
miseri corditer monet ⁊ petit ne ambo  
in foueā cadāt quam stultus euitare  
noluit. Item placuit ut deiceps nul  
li sacerdotuz liceat quēlibet alii sacer  
doti cōmissum ad p̄niam suscipere si  
ne cōsensu eius cui prius se omisit. ni  
si per ignorātiā ipsi⁹ hoc faciat cui  
penitens cōfessus est prius. Sui uero  
ōtra ista statuta facerē tēptauerit. gra  
dus sui periculo subiacebit. Propter  
has auctoritates dixerunt uiri prudē  
tes ⁊ discreti q̄ ī tali casu penitēs om  
nia p̄ctā sua cōfiteat s̄ro indiscreto sa  
cerdoti ⁊ postea siue dederit ei licētiam  
siue non. querat quēcumq̄ discretū uo  
luerit sacerdotē. ⁊ ille auctoritate dei  
⁊ predictoꝝ canonū ipsum absoluēdi  
⁊ ligādi potestātē habebit. licz eū  
sit alienus in hoc casu efficit suus.

Utrū sacerdos possit iniūgere pe  
nitētī quod uoluerit. Ca. lxxxviii.



Adū est quam potestatez ha  
beat sacerdos ex usu clauum  
quantū ad parochianos su/  
os uel alienos. Restat nūc dicere quo  
usq; extendat eius potestas circa pe/  
nitentiam iniūgendam. s. utrum poss/  
sit quicquid uoluerit iniūgere penitē/  
ti. 7 utruz penitēs suo sacerdoti i om/  
nibus debeat obedire. De hoc autē Au/  
gustinus sic scribit. Nonat se penitēs  
omnino in potestate iudicis. id est in  
iudicio sacerdotis nihil sibi reseruās  
sui. ut omnia eo iubēte sit paratus fa/  
cere pro recipiēda uita anime. q̄ face/  
ret pro uitāda corporis morte. Et cū  
desiderio faciat. quia uitam recupera/  
bit infinitā. Tam gaudio enim facere  
debet immortalis futurus que pro dif/  
ferenda morte faceret moriturus. Suel/  
rat fructus non solū dignos sed p̄nie  
dignos. Sunt em̄ digni fructus fructus  
uirtutum. sed non sufficiunt penitenti/  
bus. Penitētia em̄ grauiores exposu/  
lat fructus. ut multo dolore 7 gemitū  
bus mortuus impetret uitā. Ex predic/  
tis uidet̄ q̄ nullā penitēs sue uolūtatē  
potestatem habeat. Si enīz nihil refer/  
uat sui. non pōt aliquid uelle uel nol/  
le nisi quod sacerdos eius uult uel nō  
uult. 7 ita potest sacerdos quicquid  
uult etiam ut fiat monachus inunge/  
re penitēti. 7 tenet̄ obedire penitens.

Ad hoc dicēdum ē q̄ triplex ē ob/  
edientia. s. iudicialis. penitentialis. et  
claustralis. In iudicio enim reus 7 ac/  
tor obedire debent iusto iudicio 7 pa/  
tienter sustinere quicquid eis precipit̄  
etiaz mortē. ut pro homicidio uel fur/  
to uel alio crimine. Sed cōtra hoc  
obicitur cum aliquis condemnat̄ ad  
mortem patiēter sustinere debet. ergo

dūm ad patibulū ducit̄ non debet fu/  
gere ad ecclesiā quāuis possit. quia pec/  
caret mortaliter iustū declinādo iudi/  
cium. Ad hoc soluēdum ualet auc/  
toritas philosophi dicētis. Aetellus  
sustinuit patiēter 7 fortiter. quinz ue/  
ro libēter patiēter 7 fortiter. Debz eti/  
am homo patienter sustinere penā dū  
uitare non potest eaz. De talibz dicit̄  
q̄ habent mortē in patiētia. 7 uitā in  
desiderio. 7 tales sunt infirmi 7 imper/  
fecti. Ille autē libēter penam sustinet  
cum eā uitare non curat etiam si pos/  
set. Et de talibus dicit̄ q̄ habēt mor/  
tem in desiderio 7 uitam in patiētia si/  
cut ait Apostolus. Cupio dissolui et  
esse cum xp̄o. Patet ergo q̄ si infir/  
mus aliquis condemnat̄ ad mortem  
7 eam uitare non potest. patiēter eaz  
sustinere debet. si uero potest. bene licz  
ei fugere. quia non tenet̄ sustinere libē/  
ter. nec iudicio etiam tenet̄ licet sit iu/  
stum obedire. cum illud sine mortali  
pctō possit declinare.

#### De penitentiali obedientia.

Capitulum. lxxxix.

Penitentialis obediētia est ut  
penitēs ita suo obediat sacer/  
doti. q̄ faciat. p̄ uitāda mor/  
te anime. quicquid faceret pro uitā/  
da corporis morte id est omnia faci/  
at sine quibus pctm̄ curari non pōt.  
Sed si medicus precipiat egroto ut  
uineam suam uel domum det sibi. nō  
debet obedire quantum ad hoc. quia  
ad curationem suam non exigunt̄ ta/  
lia. sed electuaria 7 medicine. uel for/  
te incisiones mēbrorum 7 similia. Si/  
militer penitēs quicquid ei precipit̄ si/  
ne quo satisfacet̄ deo de pctō suo nō

potest obedire debet. Sed si aliquid durum precipiat et graue sine quo bene possit deo satisfacere. non tenet suscipere. ut si simplici fornicatori sacerdos iniungat ut claustrum ingrediat. non tenet obedire. Multa enim sunt alia quibus satisfacere potest domino.

De temperamento penitentie.  
Capitulum. xc.

Et enim in penitentia et in egritudine negotium. Sicut enim medicus multa debet querere per indicium patientis. et secundum hoc quod eger sustinere potest temperare medicinam. ita sacerdos vires et facultates debet cognoscere penitentis. et secundum hoc modificare penitentiam. Preterea notandum quod neque in iudicio neque in penitentia est prelato obediendum vel sacerdoti. si quod precipit est manifeste contra deum. Sed si ignorat precipue si laycus est. quia non licet ei discutere de mandatis ecclesie tenetur obedire. et in sua saluabitur simplicitate. Et si est in caritate deus semper reuelabit ei si contra deum est quod precipitur. Si uero dubitet an sit contra deum. distinguendum est utrum si dubitet de circumstantiis precepti. an de ipsa precepti substantia utrum sit iustum uel iniustum. Verbigratia. Si precipiat episcopus ut sacerdos coniungat aliquos in matrimonio potest ipse sacerdos dubitare utrum iuste iudicauerit illos esse coniungendos et tamen obedire debet. quia de facto uel de iudicio sui prelati ei discutere non licet. Si uero de substantia precepti dubitat utrum illi sunt coniungendi. ut si uehementer suspicetur quod sint consanguinei in gradu

prohibito. uel quod mulier alium virum habeat. tunc non debet obedire. sed episcopo errorem suum et causam proprie dubitationis reuelare. et hoc haberi potest ex uerbis Augustini dicentis. Tene certum et dimitte incertum. quia incertum pro illicito est habendum. Et philosophus ait. Quotiens dubitas de aliquo utrum faciendum sit uel non. nec facias illud quia ipsa dubitatio est significatio iniurie.

De claustrali obedientia.

Capitulum. xci.

Claustralis obedientia est multo artior et districtior propter uotum. Claustralis enim in omnibus que non sunt contra deum. suo debet obedire prelato. Non enim est dominus proprie uoluntatis. Sunt autem tria de substantia uoti claustralis. scilicet abrenunciatio proprie uoluntatis. ut nihil proprium habeat. perpetua continentia. et habitus perpetuus. Cetera autem omnia accessoria sunt. ut silentium et abstinentia et similia. Unde si monachus infringat silentium suum per obreptionem non per contemptum uel consuetudinem. non peccat nisi uenialiter. Videtur autem monachi prauam habere consuetudinem ex eo quod etiam in periculo mortis habitum suum ad tempus nolunt dimittere. Unde cum quidam albus monachus in fracta nauis esset et uestimenta sua nollet exuere. dicens non licere sibi habitum suum deponere quousque satis diceret ei ut abiceret noluit. sed uestitus in aquam se dimisit et submersus est. omnibus aliis saluatis uestibus suis depositis. Unde uidetur quod monachus ille sui ipsius homicida fuerit. quia se liberare a morte potuit et

noluit. Item in quodam cenobio in firmus erat monachus et in tanto calore fuit quod uidebat ei quod suffocaretur nisi cuculla sua deponeret. Prior autem nullo modo sustinuit quod sine habitu iaceret. Dixit autem quidam medicus quod presens erat. iste suffocabitur nisi cuculla ad tempus ab eo auferat. Nec iterum prior permisit. et ita suffocatus mortuus est ille. Unde quidam uir bonus et prudens dixit priori. Nonne fratres nostri quandoque balneant et tunc uestes suas deponunt. quare non similiter cum monachus est infirmus et in nimio ardore uestimenta sua non potest deponere? Et non potuit prior ad hoc respondere. Credimus ergo quod monachus obedientiam suam non omitteret si habitum suum in tanta necessitate deposuerit. sicut contingit de quadam reclusa quam nunc quod dormiebat nisi super sarmeta. et ita scoriauerat latus suus usque ad ossa. unde cum infirmaret usque ad mortem et se uertere non posset. a bonis et magnis uiris ei consultum fuit quod lectum sibi molliorem faceret. ne quasi seipsam occideret. nec hoc erat transgredi uotum quia coegit necessitas.

De obedientia clericorum.  
Capitulum. .xcii.

Item cum clerici ab episcopo beneficia recipiunt. canonicamque ei iurant obedientiam. Postquam ea precipit quod habitum et tonsuram habeant sicut canones precipiunt. Ipsi autem uel in beneficiis manentes uel ad alia loca transmigrantes comam nutriunt et cappas habent manicatas. et calceos laqueatos. Similiter prohibet do-

minus episcopus ne clerici fornicent uel inebrientur. et hec sunt mandata canonica. Sunt ne ergo clerici periuri si faciunt contrarium et debet penitere de periurio? Ad hoc quidam dicit quod illud iuramentum sic est intelligendum. Ego iuro per obedientiam episcopo in canonicis mandatis salua consuetudine et ecclesiastica dispensatione obedire. Consuetudo autem ecclesie in multis locis est quod clerici arma portant. et habitum suum quando timent insidias hostium ne agnoscantur mutant. uel quando sunt in scholis uel in peregrinatione. oportet eos habitum suum aliis conformare. et tunc non sunt periuri. Si uero precipiat episcopus mandatum canonicum circa quod fieri non possit dispensatio. ut non fornicari. non inebriari. et similia. Credibile est quod transgressores talis precepti periuri sint. licet quidam dicant quod tale iuramentum potius est quedam firma promissio quam iuramentum. nec est intentio episcopi quod clerici suas promissiones non obseruantes efficiant transgressores iuramenti. Item cum episcopus clerico dat beneficium ecclesiasticum dicit ei. Ego do tibi hoc beneficium ut respondeas deo in die iudicii de animabus quas committo tibi. Unde postea secundum canones non licet clerico ecclesiam suam relinquere. uel causa scholarum. uel causa peregrinationis sine licentia episcopi. ymo etiam si per tres septimanas sine licentia absens fuerit beneficio suo priuari poterit. Suomodo ergo dicit canon quod sacerdos sine omni licentia religionem potest intrare. quia tunc ducitur lege interiori spiritus sancti. et non est obligatus lege exteriori per obe-

diēntiam quam ep̄o iurauit. *¶* Pre-  
terea nonne ecclesia sponsa est clerici.  
quam in curam ⁊ custodiam suam re-  
cipit. sicut ecclesia ep̄isopi sponsa ei⁹  
est. nec eam relinquere potest sine do-  
mini pape licentia. ymo etiam si reli-  
gionem intrauerit sicut dicit canon. iu-  
ste potest compelli ut exeat. ⁊ ecclesiā  
suam regat. Ad hoc dicēdum q̄ so-  
lus ep̄iscopus sponsus est ecclesie. Un-  
de in signum sponsi anulus datur ei.  
nec cōsecratur ep̄iscopus nisi hēat ec-  
clesiam quam recipit sicut sp̄sā. ⁊  
ideo eā dimittere non potest sine mag-  
na dispēsatione superioris. Alii autē  
clerici possunt ordinari q̄uis nullaz  
habeant ecclesiam. sicut sepe ordinan-  
tur monachi qui nullam habent aīa-  
rum curam. ⁊ ideo non dicuntur cleri-  
ci sponsi ecclesiarum. sed custodes ea-  
rum. Unde facily eas relinquere pos-  
sunt q̄ ep̄isopi suas. Cum autem cle-  
rici in peregrinationem uadunt. eccle-  
sias suas non dimitunt. ⁊ tamen sine  
licentia abire non possunt. sed curā ad  
religionem se transferunt statim ep̄o  
ecclesias dimitunt. ⁊ ideo non oportet  
querere licētiam recedendi. Itē su-  
per illum locum euangelii. Super ca-  
thedram moysi sedebant scribe ⁊ pha-  
risi. que dicunt facite. que autē faciūt  
facere nolite. dicit glosa. que dicit. sci-  
licet pertinētia ad cathedram. Si enī  
precipiat ep̄iscopus ut des ei equū tu-  
um uel pecuniam. cum hoc non perti-  
neat ad cathedram non teneris obedi-  
re in hoc. Quomodo ergo nūc ep̄isco-  
pi exigunt talia a clericis suis cū non  
teneant obediēre clericis? Ad hoc dici-  
mus q̄ si ep̄iscopus uel ecclesia sua in  
magna sit necessitate. clericis suis ut

ei subueniant bene potest precipere. Ea  
nomicum enim est mandatu. ut patri  
spirituali in necessitate subueniāt filii  
Sed non debet ep̄iscopus quicq̄ exi-  
gere nec ip̄i tenētur obedire nisi ut dic-  
tum est ualde indigeat. Nec ep̄iscopus  
debet exigere nisi quātum possunt ei  
clerici subuenire sicut ait Ap̄ostolus.  
q̄ licitum ei erat accipere necessaria a  
subditis. non tamē ex tristitia aut ne-  
cessitate.

De scientia sacerdotum.

Capitulum .xciii.

Itē est de potestate clauū  
sacerdotum. nunc dicēdū est  
de scientia ipsorum. id est quā  
scientiam habere teneantur sacerdotes  
in penitencia iniungenda. De hac ita  
scribit Augustinus. Incepam⁹ quos-  
dam palam. quosdam in conclau. si-  
cut diuersitas personarum diuersaz ui-  
detur posse accipere medicinam. Non  
enim uno collirio ōnium oculos inū-  
gere debemus. nec omnibus morbis  
eadem medicina exhibēda est. ne si in  
calida egritudine laborāti calida po-  
tio exhibeatur. patientis dolor poti-  
us augeatur q̄ mitigetur. Hinc Hie-  
ronimus ait. Necessē ē ut iuxta diuer-  
sitates locorum ⁊ temporum ⁊ homi-  
num quibus scripture scripte sunt. di-  
uersas causas ⁊ argumenta ⁊ origies  
sacerdotes habeant. Et quoniam bea-  
tus Jobānes in Ap̄ocalipsi septē scri-  
bens ecclesiis. in unaqueq̄ earum spe-  
cialia uicia rephēdit uel speciales uir-  
tutes probat. Ita sanctus Paulus p  
singulas ecclesias uulneribus medet. il-  
latis. nec instar ip̄eriti medici uno col-  
lirio omnium oculos uult curare.

De penitencia satisfacionis.

Capitulum. .xciii.

Sciendum est ergo quod quedam penitencia iniungenda est ad medicinam preteritorum peccatorum. quedam ad preservationem futurorum. quedam ad cautelam presentium. quedam ad necessitatem omnium. Ad medicinam preteritorum peccatorum. iniungenda est penitencia satisfactoris. ut uideat sacerdos discrete per que penitens possit satisfacere. In quo precipue duo consideranda sunt. Primum est ut uideat sacerdos quot sint offense et lesiones in uno peccato. Quandoque enim in uno peccato offenditur deus. offenditur proximus. offenditur et tota ecclesia. ut cum quis alii abstulit uxorem suam. Offendit enim deus cuius preceptum ille transgreditur. offenditur proximus. scilicet uir mulieris cui magnam fecit iniuriam. et etiam offenditur familia mulieris cui providere solebat. offenditur et tota ecclesia propter magnum scandalum.oportet ergo ut sacerdos contra singulas offensas. singulas det medicinas et aliam iniungat satisfacionem quia offendit deum. aliam quia offendit proximum. et aliam quia totam ecclesiam. Debet enim penitens omnibus quos lesit satisfacere. Item considerandum est sacerdoti. quod sicut in morbis corporalibus adhibenda est cura per contrarium. ita in spiritualibus morbis. id est in peccatis iniungenda est penitencia per contrarium. ut si fuerit libidinosus. iniungatur ei castitas. si gulosus abstinentia. si peccauerit per negligentiam et pigritiam. iniungatur labor operandi et psallendi. si per rapinam.

iniungatur restauratio et elemosinarum largitio. et ita de aliis intellige. Preterea in omni satisfacione iniungenda sunt ista tria. ieiunium. oratio. et elemosina. quia tamen ista secundum rationem si predictam sunt satisfactoria. Item post predictas duas consideraciones necessaria est tertia consideratio. sicut supra dixit Hieronimus. scilicet ut considerentur uires penitentis. etas. facultas. nobilitas. officium. et regio. Alia enim penitencia iniungenda est forti. alia debili. alia puero. alia seni. alia diuiti. alia pauperi. alia in calida regione. alia in frigida. alia nobili. alia rustico. Unde in canone legitur. Non cogantur diuites tibi pauperum uesti. utantur consuetudine infirmitatis sue sed doleant se non posse aliter abstinere. Sui egrotant consuetudinem uitent utantur superfluis. dent pauperibus necessaria. utantur preciosis. dent pauperibus uilia. Datet ergo quod ualde indisciplinati sunt sacerdotes qui pro omni peccato iniungunt ieiunium. cum multi pauperes rustici sunt. quorum tota uita ieiunium est. et cum multi sunt iuuenes qui per ieiunium turbant cerebrum. Iniungunt etiam sacerdotes quandoque alicui escas piscium qui multo libentius comedit pisces quam carnes et ecouerso. Talibus autem iniungi debet esca fabe et olus. et alia dura cibaria. Similiter illis qui peccauerunt in lasciuia mollis lecti. uel in delectatione balnearum et mollium uestium. et similibus. debet iniungi durum cubile uel cilicium. uel saltem uestis lanea. cum multi sint qui nunquam cilicium senserunt. nunquam in uestibus lineis dormierunt. nunquam nudis pedibus ad ecclesiam uerunt. et nunquam uel

raro disciplinas aliquas sustinuerunt

De penitentia ad futurorum p̄ser/  
uationem. Ca. xcv.

Tem alio modo iniungenda est pe/  
nitentia ad preservationem futurorū.  
Ibi enim considerandum est que pe/  
nitens peccata in consuetudine habue/  
rit ut prohibeantur ei occasiones tal/  
ium peccatorum. Si luxuriosus fue/  
rit. iniungatur ei ut coreas nitet et con/  
gregationes mulierum. Si fuerit ebri/  
osus ne uadat ad publicas potatōes  
et ita de aliis intellige. Talia quoq;  
multis iniungēda sunt. non quia pec/  
cauerunt. sed ne in futuro his peccent  
peccatis.

De penitentia ad cautelam.  
Capitulum. xcvi.

Tem quedam penitētia iniun/  
genda est ad cautelam tm̄ uel  
ad tollendum scandali erro/  
rem. uel propter duriores euētus. etiā  
ubi nullum fuit peccatuz. ut si aliquis  
in magna necessitate cibus utat̄ probi/  
bitis forte non peccat. et tamen p̄pter  
scandalum aliqua est ei iniungēda pe/  
nitentia. Similiter aliquis occidit ho/  
minē sine aliquo peccato. forte ut iac/  
tu lapidis. apposita tamē diligentia  
quam debuit. iniunget̄ ei penitētia a/  
liqua. non quia peccauit. sed propter  
horrorem sanguinis et homicidii.

De penitentia propter uitā eternā.

Tem quandoq; iniungit̄ penitentia  
quarto modo. scz propter uite eterne  
meritum. et propter necessarium omni

um predictorum adiutorum. que ho/  
mo tenetur facere et obseruare. et si nun/  
q̄ peccasset. ut quādoq; iniungit̄ ali/  
cui ut rectam fidem teneat. ut deum et  
proximum diligat. ut decimas et a/  
lia iura ecclesiastica soluat. et alia dei  
mandata obseruare studeat. Ista nō  
iniunguntur propter aliquam penitē/  
tiam iniungendam. sed quia sunt ne/  
cessaria ad uitam eternam. et sine istis  
nihil ualerent predicta.

De uario modo satisfaciendi.

Capitulum. xcvi.

Ictum est superius q̄ iniun/  
genda est penitētia per cōtra/  
rium. sed in quibusdam uici/  
is tam spiritualibus q̄ corporalibus  
difficile est uidere que penitentia iniū/  
genda sit per cōtrarium. ut si aliqs sit  
inuidus difficile est uidere quod con/  
trariuz purget inuidiā. similiter si per  
detractōnez peccauerit. difficile repe/  
rietur cōtrarium. et ita de multis aliis.

Ad quod sciēduz q̄ in talibus ē ad  
opera extrinseca recurrendum. que ta/  
libus uiciis sunt adiuncta. ut si qs in/  
uidus fuerit. sepe illi cui inuidet p̄ mē/  
daciū et maliciam detrahit. et domi/  
ni sui ei gratiam auferēdo et fauorem  
aliorum hominum. et omnia ei9 nego/  
cia inquantuz potest impedit. Querē/  
dum ē ergo a penitēte quotiēs et quot  
modis nocuerit cui inuidit. et iniūgē/  
dum est ei ut totiēs et tot modis ei sa/  
tisfaciat. Similiter si per superbiā pec/  
cauerit. querēdum est quot homines  
per superbiā offenderit. et quāta eis  
clamna fecerit. et de omnibus his eis sa/  
tisfaciet quos lesit. Nec solū iniungen/  
da ē hūilitas cōtra supbiā. sed etiā hu/  
militatis opera et sicut cōtra inuidiā.

Quando penitēs debeat uenire ad  
confessionem. Ca. xviii.

Olet autem queri quo tempo  
re homo debeat uenire ad cō  
fessionem. Et dicunt quidaz  
q̄ sufficit semel in anno confiteri. s. in  
quadragesimā. sicut etiam cōsuetudo  
ecclesie est. nisi prius infirmitas eueni  
rit. Debet quisq̄ in infirmitate quo  
cunq; tempore confiteri ⁊ eucaristiam  
accipere. Et s̄m cōstitutionem genera  
lis concilii. nullus debet corporalē me  
dicinā curare egrotum uel aliquā ei da  
re medicinam. nisi prius bene fuerit cō  
fessus. quia sicut ait Hieronimus. Ex  
flagellis dei uel etiam dyaboli multe  
nascuntur egritudines. siue ex natura  
elementorum uel corporū. ⁊ tales egri  
tudines quas patitur homo pro pec  
catis suis. curari non possunt nisi cō  
fessione ⁊ penitentia. Debet tamē qui  
libet xp̄ianus statim cum peccauerit ī  
corde suo penitere ⁊ in certo habere. p  
posito ut ad cōfessionē ueniat ad mi  
nus in quadragesimā. Ad uis tamen  
facit si statim post peccatum ad sacer  
dotem accedit. Solet enim obuii q̄  
sicut uetera uulnera putrescūt ⁊ fetent  
⁊ ita difficilius curantur. ita ⁊ uetera  
peccata. Unde stultus est qui morta  
liter peccat ⁊ tamdiu differt cōfiteri.  
donec peccata sua putrescant ⁊ fetent  
Ergo nullus p̄tā differre debet usq;  
ad q̄dragesimā. Sed ad hoc r̄nde  
ri potest q̄ statim ex quo homo peni  
tet in corde quantum ad culpam ⁊ re  
atam deletum est peccatū. nec ampli⁹  
potest putrescere. ⁊ ideo confessionez  
securus expectare potest. sicut egrot⁹  
dum certus est q̄ infirmitas sua non  
potest crescere potest medicinā facili⁹

expectare. Notanduz quoq; ē q̄ de  
us nullam recipit penitentiaz nisi mū  
dam. Unde uidet q̄ si q̄s peccz mor  
taliter agendo penitētiam. debet eā re  
iterare ex toto. ut si alicui inunctū fu  
erit unius quadragesime ieiunium. si  
cet totam ieiunauerit quadragesimā.  
dummodo ieiunium suū per mortale  
peccatum sit pollutum ⁊ tantū iteruz  
ieiunabit. Idius enim ieiunū non fu  
it mundum. sicut si aliquis deberet de  
narios alicui. non possēt se absoluerē  
nisi debitam ⁊ legitimam soluat mone  
tam. Ad hoc dicendum q̄ quedā etiā  
inunguntur in penitentia que homo  
polluere non potest. ut si inunctū fu  
erit homini dare elemosinam. uel con  
struere pontem uel ecclesiaz. uel aliqd  
tale. non potest homo ipsam elemosi  
nam uel pontem uel ecclesiam per pec  
catum polluere suuz. ⁊ ideo bene pla  
cent illa deo. licet enim immunde sint  
actiones operantis. munda tñ sunt o  
pera operata. ⁊ ideo non oportet ite  
rare ea. Idreterea qui recipiūt elemo  
sinam uel intrant ecclesiam uel pōtem  
transeunt. pro eo orant qui hec fecit.  
⁊ ideo opa sua ualent ei Sunt autem  
alia opa que inungūtur penitēti que  
ex se homo potest polluere. ut ieiunū  
et peregrinationez suā et similia quia  
sic nihil homo opat̄ extrisec⁹. sed t̄m  
in se. et ideo totū quod agit est pollu  
tum. si in peccato est mortali. et nihil  
plac̄ deo quod agit. vñ tenet iterare  
Discretus ergo inq̄rere debz sacerdos  
a penitente si penitentiā in anno prete  
rito sibi inunctam pegerit in caritate  
Et si dixit se iteriz peccasse mortaliter  
inungere debet q̄ totam illam partez  
penitentie quam in mortali p̄tō fecit

reincipiat. Sed ab illo tēpore quo in corde suo de illo peccato penitentiā firmiter cōfiteri nec iterare proposuit. illam partem penitētie que postea ē se/cuta. nec illam que p̄ctm̄ precessit iterare oportet. Quidā tamē adhuc addunt dicētes q̄ quedā sunt opera ad uitam eternā promerendā que pro aliquibus preteritis peccatis sunt ab ecclesia instituta. que etiā teneret hō facere si nunq̄ peccasset. cuiusmodi sunt ista. Jeunare in quadragesima ⁊ i aliis solēnibus ieiuniis. ⁊ ire ad ecclesiaz festiuis diebus ⁊ dare oblatōes ⁊ alias elemosinas institutas. ⁊ dicere quocūdie Pater noster ⁊ Credo in deū et similia. Nullum istoz sicut dicitur quidam oportet iterari. licet omnia in peccato mortali fecerit. Non em̄ ea ꝑ satisfactōe fecit. sed pro uita eterna habenda quam iam amisit. nec oportet eum cogitare de preteritis. sed ut uitā eternam mereat ꝑ noua opa futura.

De peccata dimissa per penitētiā redeant.

Ca. xcix.

Tem cōstat om̄ibz q̄ si alicui peccata per penitētiā sunt dimissa. si ꝑea peccauerit mortaliter omnia priꝫ dimissa p̄ctā redeunt uel quedam nascit̄ ingratiudo q̄ tantū est p̄ctm̄ quāta om̄ia fuerūt peccata priꝫ dimissa. Querit̄ utrū teneatur iterū cōfiteri omnia p̄ctā per plenam satisfactionē priꝫ dimissa ꝑpter solū p̄ctm̄ postea om̄issuz? Ad qd̄ dicēdum q̄ promior est dñs ad miserandum q̄ ad puniēdū. Vñ sicut oīa redeunt per unū sequēs p̄ctm̄. sicut in euāgelio legit̄. q̄ omne debitū priꝫ dimissum usq̄ ad nouissimū quadrāteꝫ exigebat̄ a seruo qui noluit dimittere

cōseruo quod ei debuit. ita si iste penitet de solo p̄ctō sequēt̄. per illā solā penitētiā prior reuiscit̄ p̄nia ⁊ redeunt oīa opera bona que prius fecerat in caritate. Non uero oportet euz de prioribz cōfiteri. quia prior cōfessio redit. nisi nouū habuerit sacerdotem. Illi enim oīa p̄ctā debet cōfiteri priora. non ꝑpter aliquā ꝑ eis penitentiā recipiēdam. sed iō tm̄. ut nouus sciat sacerdos quā ei p̄niā debet inungere. Ex quo em̄ tātam gratiam q̄ oīa erāt sibi dimissa p̄ctā priꝫ habuit multo grauiꝫ deuz offendit q̄ si nihil ei fuisset dimissum. Vortꝫ ergo q̄ nouus sacerdos sciat que peccata priora fuerunt. ⁊ sic etiā sciet quantum beneficiū fuerat isti penitēti colatum. ⁊ ita per osequēs sciet etiā quantum sit sequēs p̄ctm̄.

Quōd sacerdos debeat se h̄re i suscipiēdo penitēte ad confessionem.

Capitulum. centesimum.

Secundū ordinē prenotatum a principio. restat adhuc dicere de duobus. s. quomōdō sacerdos se debeat h̄re suscipiēdo ad confessionem. ⁊ que p̄nia cuiꝫ p̄ctō sit inungēda. Circa primū aduertēdum est q̄ sacerdos non debet statim ex abrupto dicē penitēti. dic p̄ctā tua. Sꝫ prius debet eū multipliciter docere. et ab eo multa inquirere ut deuotiꝫ melius ad cōfessionē prouocet. H̄rio ergo inquirere debet si peniteat ut Augꝫ ait. quoniam qui penitet omnino peniteat. Et sicut corporalis medicus per multa signa ⁊ idicia patiētis cōsiderat utrum curari possit uel non. ita etiam medicus spūalis multis signis. utruꝫ ille sit uere penitēs uel non quantum ꝑt



osiderare debet. ueluti si gemat. si plo  
 ret uel erubescat. et cetera talia faciat.  
 uel si rideat. uel se peccasse negz. uel pec  
 cata sua defendat. et similia. Si autem sa  
 cerdos uel per confessionem penitentis uel  
 per certa indicia ipsum perpeditat non ue  
 re penitentem. nullam debet ei iniungere pe  
 nitentiam. Non tamen debet ipsum exter  
 rere ne in desperationem uel obstinatio  
 nem mittat. Sed Gregorii consilium ei  
 debet ostendere quod tale est. Si aliquis  
 est in peccato et in peccati proposito. faci  
 at interim quicquid boni potest. ut dominus iu  
 rim cor suum ad penitentiam illustret. Sacer  
 dos autem non debet illum reuelare. sicut nec  
 alia que ei dicuntur in confessione. sed pa  
 tienter tale in ecclesia sustinebit. Quia autem  
 tali impenitenti penitentiam non possit iniun  
 gere. per ex canone Gelasii pape dicen  
 tis. Legatur ex quo religio christiana ince  
 pit. uel certe det exemplum in ecclesia dei  
 aut a pontificibus quibuscumque. aut ab  
 ipsorum epistolis. aut ipso demum sal  
 uatore. ueniam nisi corrigentibus fuisse con  
 cessam. auditum sub celo non legitur nec di  
 citur. Sed dicunt quidam propheta. date  
 ueniam nobis. dum tamen nos in errore du  
 remus. mortuos christum legimus suscitasse  
 se. in errore autem defunctos. id est impeniten  
 tes absoluisse non legimus. Unde ait ad  
 Petrum. Quodcumque ligaueris super ter  
 ram. erit ligatum et in celis. et quodcumque  
 solueris super terram. erit solutum et in ce  
 lis. Super terram ait Nam in ligatione  
 in errore duranti defunctum nunquam ait  
 esse soluendum. Impenitentes autem intelli  
 guntur qui non est de unitate ecclesie. Unde  
 Augustinus. Laboret penitens in ecclesia esse. et  
 ad unitatem ecclesie tendere. nisi enim uni  
 tas ecclesie succurrat. et nisi quod deest  
 peccatori sua oratione compleat de manibus

inimici non eripietur anima mortui. Cre  
 dendum est enim quod omnes orationes et ele  
 mosine ecclesie et opera iusticie et misericordie suc  
 currant. suam mortem in confessione recog  
 noscenti ideoque nemo potest digne parte  
 re quem non sustinet ecclesie unitas.

Sue sunt inquirenda a penitente.

Capitulum. ci.

Vnt ergo tria in principio a  
 penitente inquirenda. utrum. scilicet. rec  
 tam fidem habeat. et utrum sit in  
 odio fraterno. et utrum percussus et sepa  
 tus sit ab ecclesia propter aliquam culpam  
 suam. Circa fidem ergo inquirendum  
 est utrum sciat symbolum apostolorum et  
 dominicam orationem. Si autem nesciat non  
 est ei penitentia iniungenda. nisi deo et sacer  
 doti promittat quod quanto poterit utrum  
 que addiscat. Dicendum quoque talibus  
 est quod turpissimum est et damnable. quod  
 bene uanas sciunt et uarias cantilenas et ges  
 ta karoli et aliorum principum. et rectam fi  
 dem nesciunt et gesta saluatoris et alio  
 rum sanctorum que in ecclesia dei leguntur. ut  
 eorum exempla sequantur. Valde turpe est  
 si ab aliquo quodam parrochiano utrumque  
 sanctus ecclesie sue martir sit uel confes  
 sor et nescit respondere. Iniungendum est tali  
 ut ad locum ubi illius corpus sancti quie  
 scit pergat. et uitam eius sibi addiscat. et  
 propter hoc iniungendum est omni christia  
 no. quod plures audiat in anno predicationes  
 ubi fides ecclesie et gesta saluatoris  
 et uita sanctorum predicantur. Ad id est autem  
 quod principes et magnates rectam fidem  
 sciunt qui nunquam uel raro audiunt predi  
 cationem. Querendum est ergo ab om  
 nibus si saltem superficialiter sine subti  
 litate sciunt illos articulos qui in sym  
 bolo continentur. ut scilicet. credant unum esse de  
 um patrem et filium et spiritum sanctum. et ipsum

creasse omnia uisibilia. et ut credat so-  
lum filium esse incarnatum et de uirgine  
natum. et pro nobis in cruce passum. et  
ad inferna descendisse. et sanctos suos inde  
traxisse. et ite ipsum esse uenturum ad iu-  
dicium. et omnes homines in corpore et anima  
surrecturos esse. et iudicandos esse in die  
iudicii et recepturos secundum merita sua bo-  
na uel mala. Et maxime instruendi sunt  
layci ut credant sanctam ecclesiam catholi-  
cam et sanctam communionem. id est ut credant nul-  
lum posse saluari nisi obediat prelati  
a deo in ecclesia constitutis in his que secundum  
deum sunt. siue boni siue mali sint pre-  
lati. Hoc autem id dicitur est. quia mul-  
ti layci peruersi posse se credunt per se si-  
ne obedientia saluari. Consulendum est  
etiam omnibus fratribus ut sciatur orationem  
Augustini que talis est. Memerim te  
intelligam te. diligam te domine. quia mag-  
ne uirtutis est hec oratio. multe enim ora-  
tiones ex institutione ecclesie quasdam  
habent speciales uirtutes. ut quedam ua-  
lent contra pestem. quedam contra morbos.  
quedam contra temptationes. quedam contra  
tribulationes. quedam contra pigritiam.  
et similia. Unde quibus oratio dominica summam  
habeat auctoritatem. tamen quandoque  
plus ualet aliqua specialis oratio ad ali-  
quid constituta quam oratio dominica. licet  
ad omnia ualeat. Consulendum est etiam  
omnibus sacerdotibus quod quotidie ante  
quam celebrent sicut beatus Gregorius face-  
re solebat tale dicant orationem. quia  
magne uirtutis est. Deus qui nos pasto-  
res in populo tuo uocari uoluisti. pre-  
sta quesumus ut hoc quod humano  
ore dicimur in tuis esse oculis ualeamus  
per dominum nostrum etc.

De penitens non debet esse in odio  
fraterno. Ca. cii.

Hoc querendum est a peni-  
tente si in odio fraterno sit. si  
enim fratrem suum odio habeat.  
confessione eius recipere non potest. maxi-  
mum enim dei preceptum est. diligere do-  
minum deum plusquam seipsum. et proximum  
sicut seipsum. id est ad id ad quod seipsum.  
id est ad uitam. scilicet eternam. Debet ergo om-  
nis tam perfectus quam imperfectus dimitte-  
re omnem rancorem. id est omnem malam vo-  
luntatem quam habet erga proximum  
suum. et uite eterne ipsi salutem optare.  
Imperfectus autem non tenet dimittere  
uel debitum quod ei debet. uel iniuriam  
sibi illatam. pro modo bene potest exigere satisfac-  
tionem. nec tenet illi qui lesit eum hu-  
manitatis obsequia exhibere. nisi in  
summa necessitate. nec in uia salutare.  
nec osculum pacis dare. Si enim daret ei  
osculum putaret quod omne dimisisset de-  
bitum. Est enim triplex pax. pectoris.  
temporis. et eternitatis. Pax pectoris  
tenet unusquisque fratrem sicut iam dictum est. scilicet  
dimittendo rancorem. non autem quilibet pa-  
cem temporis. scilicet dimittendo iniuriam per-  
fecti uero qui sunt extra communem alio-  
rum uitam. non solum rancorem tenentur  
dimittere. sed etiam humanitatis obsequia  
suis inimicis exhibere. De eis enim di-  
cit dominus. Diligite inimicos uestros. bene  
facite his qui oderunt uos. Tenentur  
etiam iniuriam dimittere et debitum. nec  
possunt in iudicio ablata repetere. sed  
bene possunt denunciare iudici. si que eis  
facta est iniuria. Veritamen si uir per-  
fectus in domo religiosa prelacione  
habeat. bene potest in iudicio petere ab-  
lata ad opem pauperum non ad suam. ut  
sit eis in domo domini. Bona enim  
religiose domus pauperum sunt. nec ali-  
quis est in odio fraterno propter hoc

DE no

DE no

si a malefactore sua uel pauperum bona in iudicio requirunt. De his autem plenius in sequentibus dicitur. Dicitur ergo talibus qui in odio sunt frater / no q dominus ait in euangelio. Si offers munus tuum ad altare. i. munus quodcumque uel confessionis uel alterius rei recordatus fueris. quia frater tuus habet aliquid aduersus te. uel tu aduersus eum. relinque ibi munus tuum ante altare. et uade prius reconciliari fratri tuo et tunc ueni offer munus tuum. i. dimitte omnem malam uoluntatem et habeas propositum satisfaciendi ei quem lesisti. Bene potest prius confiteri et penitentiam recipere. dummodo firmiter proponat quod cito poterit proximo satisfaciat

Preterea horribile est ei et terribile quod in odio est fraterno dicere etiam orationem dominicam. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Igitur enim quasi mortem suam quodam pacto. quasi dicat. Si non dimitto fratri meo debita. i. peccata quantum in me est. nec tu deus dimitte peccata mea quantum in te est. Consuluerunt multi tales qui alius nolunt dimittere peccata sibi facta. quod non dicant istam clausulam. et dimitte nobis. etc. Sed beatus Augustinus de quodam tali refert qui ita orationem dominicam decurtauit. quod angelus apparuit ei in persona domini dicens. Non dicis tu orationem meam quam ego feci. nec ego exaudiam orationem tuam quam tu fecisti. Peccat ergo si ex toto dimittit orationem dominicam qui homini est. et peccat si dicit totam. et peccat si decurtat eam. Non difficile est ei dare consilium quod istorum minus sit ei peccatum. Sed credimus quod minus sit ei peccatum ex toto eam dimittere. dum /

modo alias dicat orationes. licet sit magnum illam pretermittere. Sunt enim multi sacerdotes et clerici qui ita in ecclesiis parochialibus psallant. quod uix principium et finem cuiuslibet uersus dicant. Unde tales non dicunt psalterium et psalmum dauid. quia dauid talia non fecit. quia nihil significat. sed ipsi sibi faciunt talia. nec deus tales psalmos exaudit. quia nec etiam sunt psalmi. et ideo totum iterare tenent. et deo restituerunt dictiones et syllabas quas ei sunt furati tales sacerdotes et clerici.

De penitente separato ab ecclesia.  
Capitulum. .ciu.

Excipio querendum est a penitente si per excommunicationem sit ab ecclesia separatus. quia sacerdos excommunicatus non potest recipere ad confessionem nisi sit absolutus. Est autem duplex excommunicatio. scilicet maior quam dicitur anathema. et minor que dicitur suspensio. Et hec est triplex. quia quandoque suspeditur aliquis ab ingressu ecclesie. et clericus quandoque ab ingressu chori. et tam clericus quam laycus a sacramentis altaris. Qui autem in minori excommunicatione excommunicatus est adhuc de corpore ecclesie est et frater noster est. et profunt ei omnia suffragia et orationes ecclesie. et bene potest ei sacerdos conicere in confessione. dum ipse oportuno tempore sue suspensionis paratus sit absolutionem querere. Anathema siue maior excommunicatio est quando aliquis omnino separatur a comunione omnium fidelium. tamen in corporalibus quam in spiritualibus. et tunc orationes uel suffragia ecclesie nihil ei profunt. quia pro eo non fuerunt. et in tali casu nec sacerdos. nec alter aliquis potest ei conicere in tribus. scilicet cibo. potu. et ora /

tionem preter aliquas personas q̄ post  
ea dicent. Non enim possumus orare  
cum eo. nec etiā salutādo debemus ei  
dicere aue. sed semper aliquod uerbū  
amarū ei respōdere. ut habeat uerecū/  
diam. ut deus te emēdet. uel deus te ta  
lem faciat. ut te possim salutare. et cete/  
ra talia. Est at̄ hoc nomen anathema  
substātiuum. et quādoq; adiectiuum.  
Vnde possum dicere. Iste hō est ana/  
thema. i. excōmunicatus. et iste incidit  
in anathema. i. excōmunicationē. Ista autē  
maior excōmunicatio est quasi lepra. et iō  
inquinat cōdicantem sibi. Cōdicans autē  
tali excōmunicatus est minori excōmunicatio/  
ne. i. suspēsus ab ecclesia. et iō solet di  
ci q̄ excōmunicatio maior non trāsit i ter  
ciam personam. qui em̄ suspēso com/  
municat. non est suspēsus. Verūtamenē  
si anathematizant et cum eo oēs omu  
nicantes ei. tunc secūdu excōmunica/  
tus est maiori excōmunicatione. et quasi i/  
fectus a lepra. et terci⁹ cōdicans secūdo  
minori. sed terci⁹ quarto cōdicans nul  
lo modo excōmunicatus est. Notādū ta  
men q̄ possum⁹ loqui cum excōmunicato  
de omnibus que ad salutē aīe sue per  
tinent. dādo sibi cōsiliū ut pro abso/  
lutione laboret. nec tunc dicimur ei cō  
municare. Si quis de aliis negociis se  
cum tractat et comunicat ei. et excōmunicat⁹  
est. Verūtamen attendendū est qd̄ ait  
canon. q̄ quedā certe persone cōmuni  
care possunt excōmunicato. non sunt excō  
municati. ut. s. uir et uxor et p̄ et mater  
filii et filie. et etiā serui et seruiētes. Nul  
lus enim istoz alii uitare tenet. licet  
excōmunicatus sit. Bñ em̄ possum recipere  
debitū meum ab excōmunicato. et bñ pos/  
sum domini mei recipere cēsū a sub/  
ditis excōmunicatis. Similiter in talibus

obedire debēt subditi dñis excōmunicat⁹.  
Item in necessitate pōt aliquis cōi/  
care excōmunicato. ut si quis sit aliquan/  
do inter excōmunicatos et nō habeat cibū  
nisi ab excōmunicato accipiat uel ab eo ei/  
mar. Similiter si quis ex iusta igno/  
rancia excōmunicato cōmunicat. nō prop  
ter hoc excōmunicatus ē. Item sciēdū q̄  
quidam canones dicunt late uel date  
sentēcie. ut cum dicit. Sui hoc uel illō  
fecerit anathema sit. uel maledictionē  
dei se nouerit incurfurū. hñōi uerba  
poni solēt i priuilegiis aliquoz. et in  
tali casu non sunt excōmunicati sed excōi/  
candi. qui cōtra sentēciam uel probi/  
bitionem agunt. sed si dicat hoc mo/  
do. excōdicamus ōnes illos qui hoc fe  
cerunt. tunc est canō date uel late sen/  
tencie. quia iam data est sentēcia. et ex  
ipso facto excōmunicatus est qui cō/  
tra talē canonē fecerit. Non solum at̄  
excōmunicati sunt ōnes qui man⁹ ui/  
olentas mittūt in clericos. sed etiā in  
quoscūq; religiosos et cōuersos. Sili  
ter canon late sentēcie est extra falsari  
os et incēdiarios. Solet at̄ dici q̄ qui  
manus uolētas mittunt in patre⁹ uel  
matrem. statim ipso facto excōmuni/  
cati sunt. Sed expressum canonē sup  
hoc non habemus. Vnde credim⁹ q̄  
ad terrōre dict⁹ est. qui a ppter hor  
rorē illius criminis mittunt tales ad  
episcopū uel eius penitētiariū. Item  
s̄m diuersas regiones diuersi sunt ca/  
nones et diuersē late sentēcie cōstitutio  
nes ut in aliquib⁹ regionibus uel epi/  
scopatibus excōmunicati sunt omnes  
fortuarii uel fortuarie ex ipso facto et  
omnes qui testamēta defunctor⁹ per  
uertunt. et falsi testes et usurari. In ali  
is regionibus non est ita. Vnde oportet

tet q̄ quilibet sacerdos sciat cōstituti  
ones sinodales in episcopatu suo fac  
tas. ut sciat ex quo facto parrochia/  
nus suus ipso iure sit excommunica/  
tus ⁊ ex quo non.

Reterea sciēdum q̄ domin⁹ pa  
pa ⁊ alii prelati qui sic ferūt sen  
tenciam. quādoq̄ sibi reseruāt p̄tatez  
absoluēdi expresse quādoq̄ nō. Quā  
do at̄ reseruāt. non pōt minor sacer/  
dos absoluere. quando non intelligit  
minoribus sacerdotibus esse cōcessuz  
ut tales absoluāt. Quia summ⁹ ergo  
pōtifex specialiter expresse retinuit si  
bi p̄tatem absoluēdi falsarios. qui. s.  
litteras suas quocūq̄ falsitatis genere  
falsificant. ⁊ illos similiter qui manus  
uolētās in clericos mittunt. nullū ta  
lem minor sacerdos potest absoluere.  
In aliis at̄ casibus ubi p̄tatem nō re/  
tinuit. ut incendiis ⁊ maleficiis. ⁊ ce/  
teris prenumeratis. bene pōt minor  
sacerdos absoluere. nisi crimē publi/  
cum fuerit ⁊ ualde enorme. ut incendi  
um ecclesie uel dom⁹ religiosē uel ali  
cuius uille. Tunc em̄ propter scādaliū  
ut manifesta sit eoz pena debēt mitti  
ad superiorē. Vnde si quis falsifica/  
ret cartā episcopi uel alterius uiri siue  
ecclesiastici siue secularis. bene pōt ab  
alio absolui q̄ a papa. Itē prohibi  
tum est superius q̄ excōicatos in ora  
tione uitemus. quod iō factuz est. q̄  
cum dicimus Exaudi nos domine. et  
dumitte nobis debita nostra. Illos q̄  
nobiscum sunt cōprebendimus. ⁊ ita  
eis cōmunicaremus. nec etiā soluz eos  
in mēsa uitare debem⁹. sed etiaz iude  
os sicut precipit̄ in canone in cibo et  
potu uitabimus. Sed cū paganis co  
medere possumus. licet nec iudeus nec

paganus sit excōicatus. quia ecclesia  
non excōicat nisi illos qui sunt de ec/  
clesia. Adirum at̄ uidet̄ quare comedere  
possumus cum paganis cum nō li/  
ceat cum iudeis. quod ideo factū est.  
quia iudei periti sunt in lege s̄m l̄ram  
unde facilius corrūpere possent sim/  
plices xp̄ianos q̄ pagani. Notan  
dum autē q̄ cum dicimus Excōmuni  
camus tales malefactores nisi ad emē  
dationem uenerint. sensus talis ē. Ex  
communicamus eos donec ad emen/  
dationē ueniant. quod autē sequitur  
Et sicut extinguit̄ cādela hec ita exti/  
guantur anime eorum in inferno. tal̄  
est sensus. Anime eoz obscurent̄ in te/  
nebris infernalibus. s. ne uideāt lumē  
gr̄e dei donec ad emēdationē uenerit̄.

Est hec dicēdum est in qua for  
ma debeat sacerdos absoluere il  
los quos absoluere pōt. Ad quod  
distinguēdum est. q̄ aliquis pro sola  
cōtumacia excōicatus est. ⁊ aliqs pro  
solo crimine omisso. Vnde tamen si  
ueritas consideret nunq̄ excōicat̄ ali/  
quis nisi pro cōtumacia. Ecclesia nul/  
li qui emēdat̄ uoluerit suū claudit gre  
mium. Vnde null⁹ excōicat̄ nisi pri⁹  
ad satisfacionē fuerit uocatus. p̄ter  
eos qui oītra canonē late sentēcie deli  
querunt. Sui em̄ in canone late sentē/  
cie incidit pro cōtumacia excōmunica  
tus est quia cōtempnit̄ canonē. S⁹ q̄n̄  
aliquod factū de quo aliqs non uult  
satisfacere precessit ⁊ ideo excōicatur  
tunc dicit̄ excōmunicatus pro crimē  
licet sit pro cōtumacia. Quādo in nul  
lo aliquis deliquit ⁊ tamen uocat̄ ad  
iudicium nec uult uenire. tūc pro cōtu  
macia excōicat̄. sed ab illo nūq̄ exigi  
tur iuramentū nisi q̄ stabit mandato

ecclesie. et hoc facto statim absoluitur. Si uero aliquod subsit crimen. duo faciet iuramenta. unum quod nunquam tale crimen committat. aliud quod illi quem lesit satisfaciatur. Et illis iuramentis factis non absoluet nisi prius satisfecerit. et hoc de nouo statutum est. Prius enim statim absoluebantur prestito iuramento quod satisfacerent ecclesie. sed statim appellauerunt et non satisfecerunt. et sic delusa sunt ecclesia. Unde nullus modo absoluitur nisi prius de omnibus satisfecerit uel sufficientem satisfaciendi cautionem prestiterit. Si autem sacerdoti constat quod unde emendare possit non habeat. iurabit quod de omnibus que lucrari poterit. sibi nisi ad necessitates districtas nihil reseruabit. et residuum soluet ei quem lesit. quod si furtum fecerit. sacerdoti restituet. et pro eo satisfaciatur. Verum tamen legitur in canone quodam quod si aliquis damnum fecerit et nullo modo satisfacere possit. flagellabitur quasi ad damni ualentiam. Preterea sciendum est quod illi qui petit absolui licite communicare possumus. Penitendo enim iam ecclesie membrum est factus. Sui uero tamen est suspensus. quia semper filius est ecclesie sine omni iuramento solet absolui. Similiter si quis semel uel secundo ad excommunicationem uocatus nondum compareret. non eum ecclesia adhuc iudicat contumacem. sicut legitur in canone. Mulier in breui reuersa nec diuersisse uidetur. et ideo in foro iudiciali non solet puniri per penam pecuniariam nec iudicari contumax. sed in foro penitentiali debet ei imponi penitentia. quia inobediens fuit deo et ecclesie quando non uenit ad primam uocationem. et secundum quod maiorem uel minorem moram fecit. de

bet ei maior uel minor penitentia imponi. Similiter diligenter attendendum est per quantum tempus aliquis in excommunicatione manserit. quia omne seruitium quod deo in illo tempore debuit subtrahit. Unde iniungendum est ei ut missarum solennia et orationes et cetera que deo subtrahit ipsi restituat. Item aliquis excommunicatus petit absolui nec tamen satisfacere uult. sacerdos absolui non negat. Ille amicis et uicinis suis conuenit dicens quod satisfacere uoluit et penitere. Bene potest dicere sacerdos quod eum noluit absolui. sed non quod ille noluit penitere. quia impunitiam eius aliquam audiuit in confessione quam nullo modo poterit reuelare. quid ergo sacerdos faciet ut uideat scandalum subditoz suoz. Ad hoc dicendum est quod bene potest dicere quod noluit absolui et bene scio causam quare quia tu credis quod fecerim tibi iniuriam. ueniamus ad episcopum et respondebo tibi. Si autem uenerit quia iam translata est causa a foro penitentiali ad forum iudiciale compelletur excommunicatus et publice dicat utrum uoluerit penitere et satisfacere an non. et ita sacerdos ab infamia liberabitur et scandalum

#### De non reuelanda confessione.

##### Capitulum. ciii.

Et etiam sciendum sacerdotibus quod sigillum confessionis ualde debet esse secretum. ut nihil sacerdos possit reuelare de his que audiuit in confessione. ibi enim ut deus non ut homo sedet. et ideo de his que audit nihil scit ut homo. Unde penitenti non potest impropere peccatum suum. Sed sicut dicitur in canone.

Delatoris lingua capuletur. Delator  
ibi dicit qui reuelat secretum cōfessio  
nis. ipsi lingua debet capulari. i. absci  
di nō corporaliter sed spūaliter ut. s.  
suspēdat in eternum. 7 nūq̄ hēat uo/  
cem legitimi hominis. ut in testimoio  
nec in iudicio. nec legere possit ul' psal  
lere in ecclesia. Sed esto q̄ si aliq̄s cōfi  
teatur q̄ aliquē uult occidere uel do/  
mum eius cōburere. quia forte patre  
suum ille occidit. uel eum exheredita/  
uit. qd̄ faciet sacerdos. debet ne susti  
re q̄ ille occidat uel domū eius cōbu/  
ratur? Ad hoc beatus Aug⁹ tale dat  
consiliū in canone. s. q̄ sacerdos hoc  
dicat tali qui uelit 7 possit prodesse  
non obesse. ut si ille malefactor patrē  
habeat uel aliquē propīquū uel ami  
cum familiarissimū. dicat ei sacerdos  
filius tuus uel amicus tuus tale ppo/  
nit malum facere. castiga ergo ipsum  
7 corripe. ne tantū possit facin⁹ perpe  
trare. aliter em̄ particeps eris criminis  
7 reus homicidii. Si at̄ ille nec patre  
nec matrē nec alium habeat amicum.  
cui sacerdos secure hoc reuelare pos  
sit. assumat sacerdotes uel alios bo/  
nos uiros secū de quibus sit certus q̄  
illum non trahant ad mortē. 7 his p̄  
sentibus moneat parrochianū suū ut  
a proposito tam prauo desistat. et ei  
dicāt alii q̄ non sustinebunt ut i hoc  
facto scelerato procedat. Et forte nō  
est malū si interim sacerdos ad illum  
cui facta est cōminatio accedat 7 sibi  
dicat. si hunc offendisti patrē ei⁹ occi  
dendo. uel ipsum exhereditādo. cōsu/  
lo tibi q̄ facias pacē cum ipso. 7 ego  
inter uos mediator ero. Aliter em̄ po  
terit tibi malū cōtingere. Item si sci  
at sacerdos per cōfessionem eē furem

aliquem. 7 q̄ sepe suū cui forte seruit  
damnificauit dominum. uel sciat ipm̄  
esse adulterum 7 corruptorem matro  
narum 7 uirginum 7c. 7 forte eē uult  
seruiens in domo alicuius uiri multa  
bona 7 pulcrā uxorem 7 formosas fi/  
lias habētis. bene potest ei dicere sa/  
cerdos. credo q̄ seruēs hic non ē tibi  
utilis in domo tua. 7 ideo eum nō re/  
tineas in seruitio tuo. Hoc at̄ non est  
confessionem alterius reuelare. sed in/  
nocentem de damno et suo dedecore  
premunire.

De excommunicatus non absolu  
endus ē sine disciplina. Ca. cv.

Tem ad priora reuertamur.  
Sciēdum est q̄ sicut null⁹ ex  
communicatus sine iuramen/  
to debet absolui. ita neq̄ sine discipli  
na. sed talia uerbera non debent exer  
ceri usq̄ ad flagellorum quātitatē.  
Aliud enim est uerberare. aliud disci  
plinare sicut uerberant discipuli. 7 ali  
ud flagellare quod nō fit sine sangui  
nis effusione. Ad agis enim diligit de  
us humilitatem penitētis se denudā/  
tis q̄ duriciā uerbez. Si uero nobilis  
persona uel mulier fuerit excommuni  
cata 7 uelint absolui. non debent pe  
nitentis sed usq̄ ad camisiam uel aliam  
uestem tenuē denudari. ita sc̄ ut per  
talem uestem uerbera possint sentiri.  
Si quis autem excommunicatus fuerit  
publice. absoluendus est in hostio ec/  
clesie corā omnibus manifeste. si uero  
occulte i priuato pōt eū sacerdos ab/  
soluere. Verū tamen ait hic quidā ca/  
non. q̄ si episcopus excommunicauit  
aliquem. 7 postea ex certa sciētia i  
mensa sua receperit. coipso intelligit

eum absoluisse. nec decetero potest eū  
uitare. Nec tu potes uitare aliquē cui  
tuus communicat episcopus. Licet ta  
men aliquis per talez absolutionē ab  
solutus esse intelligatur quantum ad  
communione aliorum. postea tamē  
debent ab eo recipi disciplina et iura /  
mentum. et si obedire noluerit in eādē  
retrudetur sentēciam in qua prius fuit.

De privilegio sepeliendi excommu  
nicatos. Ca. cvi.

Tem magna solet fesse dubi /  
tatio de his q moriunt' subi  
to sine cōfessione. uel excōica  
ti fuerint. et tamen aliqua in extremis  
signa penitentie habuerunt. utrum. s.  
in cimiterio debeant sepeliri. Simili  
ter etiam ualde dubitatur de priuile  
gus hospitaliariorum qui subito de  
functos in cimiteriis sepeliunt. nisi no  
minatim fuerint interdicti uel excom  
municati. de quibus dicitur. Constat  
enim quādoq; q aliquis sine confessi  
one moritur et communione. et tūc nō  
solet eum proprius sacerdos sepelire  
in cimiterio. sed si inueniret nomen ei  
scriptum inter fratres hospitaes. et q  
annuatiz aliquid illuc solueret. hospi  
taliari per priuilegiū suum in benedic  
to cimiterio nisi nominatum fuerit in  
terdictus ipsum sepeliunt. Illud enī  
ex sacerdotum errore cōtingit. q no  
lunt sacerdotes illum sepelire qui sine  
cōfessione et communione morit'. Di  
cit enim canon Quicumq; communica  
mus uiuo. cōmunicabim' et defuncto  
Vnde quis aliquis subito moriatur  
si prius ad ecclesiā admittebat' nec ex  
clusus nominatim fuit. potest et debz

eum sacerdos cum debita solēnitate  
in cimiterio sepelire. In quadā enī re  
gione praua fuit cōsuetudo q cū ali  
quis subito moriebat'. amicus ei' ali  
quis iudicio aque probauit q peni  
tens in morte fuit. et ita in cimiterio se  
pultus fuit. Talia autem iudicia scilicet  
aque frigide uel ferri cādentis mo  
do generaliter in ecclesia prohibentur  
quia subire huiusmodi iudicium ni  
hil aliud est q̄ temptare deum. Sci  
endum tamen est q eo tēpore quo mi  
lites torneamēta exercēt. omnes excō  
municati sunt. Unde quidaz miles in  
torneamēto occisus extra cimiterium  
est sepultus. Amici autem eius ad do  
minum papam uenerunt. et q manus  
dextra mortui super uultum ei' ad fa  
ciendum crucem inuēta fuerit p̄baue  
runt. et per hoc probatū fuit q i mor  
te penituit. Summus ergo p̄p̄tifer il  
lum in cimiterio sepeliri precepit. Vñ  
quis aliquis nominatim etiam excō  
municatus moriat' dum dō q i mor  
te fuit penitens possit probari. Veri  
simile est q in cimiterio debeat sepeli  
ri. Sed notandum q si aliqua vil  
la nominatim fuerit excommunicata  
uel interdicta hoc modo. Excommu  
nicam' uillam illam cum omnib' ha  
bitatoribus suis. Nihilominus si q  
ibi mortuus fuerit. eum hospitalari  
in cimiterio sepelire solebant. quia in  
excommunicatione non fuit nomina  
tus proprio nomine sed male priuile  
gium suum interpretati sunt. Exquo  
enim uilla cum suis fuit habitatorib'  
nominata. satis fuerunt parrochiani  
in excommunicatione nominati. et q  
non recipiebant in uita ad communi  
onem. nō debebāt recipi in morte ad



sepulturam. Sed si sentēcia lata fuerit in genere hoc modo. Excommunicam9 omnes illos qui hoc maleficiū fecerūt quia sine magna probatōne sciri non potest quis hoc fecerit. ⁊ quia non uis tamus aliquem in excommunicatione licet forte reus aliquis sit illius criminis. ex quo nescit quis fecerit. nullū talem nominatim excommunicatus ē. Unde nec a xpiana arcēdus est sepultura. Ex hoc ergo patet qd quantum ad sepulturā nihil habēt iuris hospitalarii per priuilegiū suum quod non habeat simplex sacerdos ī sua parochia. Ad hoc tamen ualet eis qd si aliquis locus nominatim fuerit interdictus. ubi solēt colligere elemosinas. ad locum illum possunt uenire. ⁊ hostiuz ecclesie aperire. ⁊ missaz celebrare. ⁊ suas elemosinas colligere. exclusis tamē nominatim excommunicatis ⁊ interdictis. Hoc autem facere non possunt nisi semel in anno. in illo sez die qui constitutus est eis. Item in aliquib9 locis est cōsuetudo qd si debito defunctus est obligatus aliquo. pōt ille cui debetur mortuo inhibere sepulturaz. donec uxor uel amici satisfaciāt debitori. Hoc autem in multis locis inuitatum est. quia ex quo cōmunicam9 ei uiuo. communicabim9 ⁊ mortuo. Si militer cōsuetudo est alicubi. qd si qs tenetur alii de damno uel debito ⁊ nō uult ei satisfacere. pōt ei communionē altaris in die pasche pbibere. sed hoc ideo cōtingit quia manifeste est impenitens. ex quo satisfacere cui tenet renuit. quia impenitenti manifeste clauda non est eucaristia.

*De sacerdote debet confitenti ser/*

munculum dicere consolationis.  
Capitulum. .cvii.

Est hoc dicēdum est qd sacerdos debet aliquem sermūculum breuem facere tanq̄ probemium omni ad confessionem ueniēti. ad excitandam deuotionem suaz ⁊ ad hortandum ut non erubescat cōfiteri. Debet autem ostendere penitenti quantam habeat uirtutem confessio. Ipsa enim secunda tabula est p9 naufragium. Fracto enim baptismi federe nullum restat remedium nisi confessio. Mortale autem peccatum quasi uenenum mortiferuz est in anima. qd oportet quasi euomere per cōfessionē ad hoc ut sanetur anima. Judas uero per humilem confessionem euomere peccatum suum noluit. ⁊ per uiscera suffusa animam emisit quando suspensus crepuit medijs. Si autem humiliter confessus ueniam petisset. sine dubio eam obtinisset. quia maior est misericordia dei q̄ omnia peccata que sunt uel unq̄ fuerunt uel esse pōt.

Dicendum est etiam penitenti qd est euomenda omnis turpitudine peccati. ⁊ quia magna turpitudine est ex cōstantis. dicendum est ei qd omnes cōfiteatur cōstantias cum ipsa turpitudine peccati. Si enim pars aliq̄ remanserit non est uera confessio. De cōstantiis autem satis dictū est supra. Dicendum etiam est ei qd omnia peccata simul ⁊ uni sacerdoti confiteatur. quia sicut dicit beatus Aug9. Nescit dominus dimidiam dare ueniam qui nescit dimidiam recipere penitentiam. Nec potest sacerdos aliquē ab soluere ab uno peccato nisi ab omni.

bus fuerit absolutus. nec etiam ab ali  
quo quod penitens non fuerit confes  
sus. Nec et his similia proponere de  
bet sacerdos in principio penitenti. et  
ualde indiscretus est sacerdos qui in  
cipit ex abrupto. Attēdat etiam sacer  
dos quod bubulcus non solum habet stu  
mulum ad boues suos. sed etiā sibilū  
et cantum ad eos demulcendum. Sibi  
ter sacerdos aliquid dulce et molle de  
bet proponere anteq̄m pungat per pe  
nitentiam. Unde etiam dominus ad  
captandam beniuolentiam breuē pre  
misit prologum in oratione domini  
ca anteq̄m petitionem faceret.

Sue penitētia cuiq̄ peccato sit in  
iungenda. Ca. .cviii.

Est hoc dicēdū est que peni  
tentia cuiq̄ peccato sit iun  
gēda. Sed ad hoc scire oportet  
quod quedam sunt que generaliter om  
nibus penitentibus sunt iniungenda. quā  
dam uero quae singulis penitētibz sunt  
singulariter imponēda. In primo autē  
omnibus iniungēdum est quod celebrent  
et obseruēt dies solēnes et festiuitates  
per annum in ecclesia institutas. Sue  
autem festiuitates per annum celebra  
ri debeant. ostēdit canon his uerbis.  
Pronunciandum est ut sciant tempo  
ra feriandi per annuz. id est omnē do  
minicam a uespera usq̄ ad uesperā ne  
in iudaismo capiantur. Feriādi uero  
per annum sunt isti dies. Natalis do  
mini. sancti Stephani. sancti Johan  
nis euangeliste. innocētum. sc̄i Siluest  
ri. Octaua domini. Epiphania. Pu  
rificatio sancte Marie. Annunciatio  
eiusde. Pascha cum tota ebdomada

Rogationes cum tribus diebus Ascē  
sio domini. sancti dies pēthecostes.  
Sancti Johānis baptiste. duodeci a/  
postolorū festiuitates. et maxime Ise  
tri et Pauli. qui sua predicatione mū  
dum illuminauerunt. Sancti Lauren  
tii. Assumptio sancte Marie. Natui  
tas ipsius. Michaelis archāgeli. Eu  
uscunq̄ oratorii dedicatio. Omnium  
scōrum. Sancti Martini. et ille festiui  
tates quas singuli episcopi in sua dy  
ocesi cum populo collaudauerunt. quae  
uicinis tē circūmorantibus indicēde  
sunt. non generaliter omnibus. Reliq̄  
uero festiuitates per annum non sunt  
cogende ad feriādum nec prohibende  
Indictum uero ieiunium quādo fu  
erit denūciatum ab omnibus obserue  
tur. Additur autem predictis festiui  
tatibus in alio canone. Exaltatio san  
cte crucis. Per hunc etiam diem quo  
festiuitates ille sunt celebrande que cō  
stituter recepte ab episcopis in episco  
patu comprehendunt festiuitates etiā  
plures que iam fere ubiq̄ cōsueuerunt  
et recepte. ut festū Margarete. scē ma  
rie Magdalene. decollatio sc̄i Johan  
nis baptiste. sancti Dionisi. scē Ceci  
lie. sancti Nicolai. sancti Thome can  
tuariensis. qui tunc fuit martirizatus  
quando predictus canon datus est.  
festum etiam Vincentii. sancti Fabi  
ani et Sebastiani. sancte Agnetis. scē  
Agathe. sancti Gregorii. sancti Bene  
dicti. sancti Georgii. Omnes iste festi  
uitates et plures alie celebrari debent  
in illis locis in quibus consueuerūt ce  
lebrari. Friese tamen monachi quia pre  
dicte festiuitates non sunt nominatiz  
expresse in canone nolunt eas celebra  
re. sed in illis ad laborē suū uadunt.

et multuz inde scādalisant laycos sim-  
plices. Vnde melius facerēt q̄ illis  
diebus non laborarent. Item p̄ hoc  
quod dictum est q̄ dedicatio cuiusli-  
bet oratori debet celebrari. intelligit̄  
etiam q̄ festum cuiuslibet sc̄i in cuius  
honore fundata ē parochialis eccle-  
sia. in illa die debet parochia celebra-  
re. Diligēter etiā aduertēduz quod si-  
perius dictum ē in canōe. s. q̄ dies do-  
minica debet celebrari a uespera i ues-  
peram non ab hora nona sabbati p̄-  
cedentis ne uideant̄ homines iudaifia-  
re. partē sabbati celebrādo. Vñ mirū  
est q̄ sacerdotes quidā sabbatū cele-  
brare iubēt ab hora nona usq̄ ad ues-  
peram et uexant laycos si post illam  
horam laborāt. Attendēdum est etiā  
q̄ dies dominica non habet uigiliam  
et ideo non debet celebrari nisi a uespe-  
ra in uesperam ut dictum est. Pre-  
terea notādum q̄ in multis locis pra-  
ua est consuetudo. ubi conueniunt in  
festiuitate alicuius sancti lasciuie muli-  
eres et stulti adolescētes et tota nocte  
in cimiterio lasciuas cantilenas et dy-  
abolicas cantāt. uel etiam in ecclesia du-  
cendo ibi choreas et turpes exercendo  
ludos Omnia talia si fieri potest cum  
magna debēt diligētia prohiberi. Su-  
stinetur tamē in quibusdam locis. q̄  
aliter non conueniunt homines ad ta-  
les festiuitates. sicut etiam propter eā-  
dem causam sustinet̄ q̄ mercata in ci-  
miteriis fiunt et ecclesiis et uendunt̄ in  
eis candelae et alia. Predicādum ē etiā  
hominibus ad talem festiuitatem uel  
mentibus. q̄ in memoria habeāt pas-  
siones sc̄orum quos ueniunt adorare  
Beatus enim Laurentius suam festi-  
uitatem in craticula celebrauit. Petrus

in cruce et Andreas. Martinus in cine-  
re et alicio. Homines autem festiuita-  
tes celebrant in conuiuibus. potationi-  
bus. choreis. et turpibus cantilenis.  
Sed nō bene concordant talia. nec ta-  
les honores curāt sancti et solēnitates  
Sunt autem quedam officia que pp-  
ter utilitatem publicam in talibus so-  
lennitatibus pretermitti non possunt  
ut uenundarii qui de loco ad locū du-  
cunt merces in quadrigis. et qui quo-  
tidie cibos preparāt et nullas festiui-  
tates celebrant. In multis etiā locis  
mercata fiunt in diebus dominicis et  
solēnitatibus aliis. Omnia hec si pos-  
sit fieri debēt prohiberi. Vbi uero nō  
fieri potest. trāsgressoribus iniūgatur  
q̄ aliqua faciāt alia bona. in cōpēsa-  
tionem pretermissarum festiuitatum.  
De clericis autem qui libros corrigūt  
et lectiones suas in diebus festiuis af-  
firmant. non credimus q̄ peccent. nisi  
sint tales operari q̄ denarios accipi-  
ant pro libris corrigendis. Sicut enī  
licet legere in ecclesia et audire euange-  
lium. ita licet legere in domibus etiā  
alios libros uel etiam euangeliz. dū  
modo ad honorem dei fiat et ad utili-  
tatem ecclesie futuram. Sicut enim li-  
cet laycis agros suos et uineas circui-  
re diebus festiuis et animalia nocua  
inde arcere. et aquam nocuam euicere  
nulla religio uetuit. et sepes diruptas  
si inuenerint licet eis leuiter obstruere  
ad horam. ne destruantur segetes et ui-  
nee. ita licet clericis in diebus festiuis  
libros suos reuoluere. et in eis si men-  
dacta inuenerint emēdare.

Quare passio domini non cū mag-  
na solēnitate et reuerētia celebretur.

Capitulum. .cix.

Olet autem queri quare passio domini non cum magna solennitate celebretur et reuerentia.

Quia tunc summum hominibus acquisiuit gaudium dominus Ihesus. Nihil enim nasci profuit nisi redimi profuisset. Tunc enim uictus est dyabolus et ianua paradisi est aperta. Et id magnum et triumphale deberet esse gaudium. Quare ergo passiones sanctorum et non domini celebratur? Ad hoc dicendum sicut ait Moyses quod dies ille celebratus erit in celebritatibus anni. Ita quod omnis anima que non fuerit afflictata in die illo peribit de populo suo. Dedit enim dominus memoriam et imitationem passionis sue. quia qui non committitur non conregnabit. Adhuc enim in membris christus patitur. Unde apostolus ait Ut suppleam in corpore meo ea que defunt passioni christi. Debemus ergo in illa die passionis domini aliquas passionis sue sententias et angustias sustinere et imitari ipsius passionem. et ita patienter contra dyabolum pugnare. Item nihil sibi christus acquisiuit moriendo sed nobis. quia eandem glorificationem quam habuit in anima ante mortem. post mortem habuit. quia semper fruebatur uisione dei et in uita sicut post mortem. In corpore autem suum in sepulchro iacuit ante resurrectionem glorificationem non habuit. in quo immortalitatem et impassibilitatem recepit. Et ideo quia passio eius nihil sibi acquisiuit. non passio sed eius solennitas resurrectio. Ceteri uero sancti in morte sua glorificationem anime sue receperunt. quam prius non habebant et ideo dies mortis eorum celebratur.

Item eterea dicit Augustinus quod ideo ecclesia artissimum in die passionis domini obseruat ieiunium. quia ea die ita ieiunauit dominus quod non nisi unam buccellam panis scilicet unum in cruce comedit latronem.

Quod omnibus iniungenda sunt ieiunia per annum in ecclesia instituta.

Capitulum. .cx.

Omnes etiam iniungenda sunt ieiunia per annum in ecclesia instituta. Talium ieiuniorum primo sunt ieiunia quatuor temporum. que etiam in ueteri testamento instituta fuerunt. Quatuor ista ieiunia in quatuor sunt partibus anni. scilicet in uere. estate. autumno. et hyeme. Sicut enim illa tempora qualitates distinctas habent. Ver enim est calidum et humidum sicut aer. Estas calida et sicca ut colera. Autumnus frigidus et siccus sicut terra. Hyems uero frigida et humida sicut aqua. Ita debemus in illis quatuor anni partibus purgare peccatorum sordes quas in corpore nostro contraximus per hec quatuor elementa predicta. Est autem ieiunium ueris institutum in prima quadagesime septimana. et ita ieiunium deo soluimus pro duobus. Unde habemus argumentum quod quandoque unam missam celebrare possumus pro duobus ut si in eodem die anniuersarii duorum defunctorum acciderint. eadem missam pro duobus possumus celebrare. Secundum ieiunium semper est institutum in pethecoeste. quia tempus illud a labore uacat hominum. et propter estatis feruorem quia tunc difficile esset hominibus quam

do laborarent ieiunare. Unde etiam propter difficultatē ieiunandi datur licentia tunc ab ecclesia lac comedēdi ⁊ ouarū similia. q̄ in aliis ieiuniis sunt prohibita. Tercium ieiunium est autumni quod semper incipit proxima quarta feria post exaltationē sancte crucis. Unde si exaltatio sancte crucis in quarta feria cōtingerit. ieiunium nō in illa sed proxima sequenti quarta feria incipit. Vñ uersus. Septēbris prestat semper ieiunia mensis. Post exaltatā feria quarta crucem. Quartum ieiunium est hyemale. quod semper fit in proxima septimana ante natale dñi. ita tamen q̄ uigilia domini in sabbato non contingat. Tunc enim non fit in proxima septimana ante natale. sed in precedenti. quia non posset benefieri officium de ieiunio ⁊ de uigilia eodem die. Ut autē de omnibus his quatuor temporum ieiuniis quando quilibet istorū fieri debeat sciat. hi duo uersiculi debent notari. Vule crux lucia cineres carismata dya. Ut sit i angaria quarta sequens feria. Est etiam ieiunium quadragesime quod fuit in ueteri testamento inchoatū. Moyse enim quadraginta dies ieiunauit. sicut ⁊ Helias. ⁊ ipse dominus in nouo testamento. Unde constitutum ⁊ confirmatum est illud ieiunium semper fieri semel in anno. s. ante pascha. ⁊ fit semp in uere. ⁊ certa potest notari sic regula. Post marti nonas uer primuz prima uocat. Bis septem cōpleto dies ut pascha sequatur. Incipiat ergo a prima luna post nonas Martii numerare usq; ad quatuordecim dies. et tunc est plenilunium. Unde semper considerandum est ubi fuerit luna quarta

decima i illa lunatione sequenti die dominica. non illa sed in sequenti dominica erit pascha. Ideo autē in penultio celebramus pascha. quia preceptū fuit in lege q̄ in tali tempore sacrificaretur agnus paschalis. quod completū est quando xps qui uerus est agnus. in tali die fuit in cruce immolatus. sicut ait Apostolus. Quando uenit plenitudo temporis. id est tēpus plenitudinis. quia tunc nobis dominus plenam gratiam contulit ⁊ plenam redemptionem fecit. Ideo autem hoc ieiunium. s. quadragesima fuit institutū pro decimis dierum. maxime ut sicut de omnibus bonis decimas dare nobis preceptum est. ita etiā decimas dierum fideles soluere debent ieiuniis affligendo carnem suam. Sequens ieiunium dicitur letania maior. ⁊ hoc semper i festo Marti euangeliste celebratur. ⁊ dicitur letania quasi cantus lugubris letum enim mors dicitur. Vel ideo letania dicitur quia tunc mortui inuocantur. Ut sancte Petre ora p nobis sancte Paule ora p nobis ⁊c. Post ea sequitur ieiunium trium dierū quod fit semper ante ascensionem domini. ⁊ dicuntur illi tres dies dies rogationū quia tunc rogamus diuinū auxilium. Et hec ieiunia propter quasdam pestes tunc acciderunt. Quarum una pestis fuit inguinaria. ⁊ alia rabies luporū. sicut in hystoriis legit fuerunt instituta. Sed nunc ieiunamus in diebus illis ad postulandum bonam temperiem aeris. Dicit enī letania maior uulgariter nigra crux. quia Rome in ecclesia ad quam illo die fit processio. quedā crux nigra depicta est.

De uigiis sanctorum in quibus  
ieiunatur uel non ieiunatur.

Capitulum. .cxi.

In uigiis beati Marci apostolorum Philippi et Jacobi non ieiunatur propter solennitatem dominice resurrectionis. Ieiunatur tamen in uigiis penthecostes propter aduentum spiritus sancti. quidam etiam propter deuotionem ieiunium apostolorum quod est inter ascensionem et penthecostem ieiunant. quia per illud tempus aduentum spiritus sancti ieiunantes apostoli expectauerunt. Non autem est in precepto illud ieiunium institutum. Item in uigiis beati Iohannis baptiste propter solennitatem illius diei ieiunatur. et similiter in uigiis apostolorum Petri et Pauli. Et notandum quod non ieiunatur ex institutione ecclesie nisi in uigiis sex apostolorum que notantur his uersibus Petrus et Andreas Paulus cum Symone Judas. Ut ieiunemus nos admonet atque Marius. Quare autem in uigiis aliorum apostolorum ieiunium institutum non fuerit. ecclesia romana nouit. Nunc tamen ex consuetudine in omnium apostolorum uigiis fere ubique ieiunatur excepta uigiis Philippi et Jacobi propter causam superius recitatam. Item in uigiis Laurentii ieiunatur propter martirium sui privilegium. Unde etiam octauam habet et uersiculos post antiphonas sicut et beatus Paulus propter privilegium predicationis sue uersiculos habet post antiphonas. Quauis autem beatus Stephanus privilegium habeat martirii. quia primus post dominum passus est. Beatus tamen Laurentius propter aliam causam privilegiatus est. scilicet propter

ter grauissimam passionem suam. Item in assumptione beate Marie uirginis ieiunatur. et in uigiis apostolorum Symonis et Iude. et in uigiis omnium sanctorum et sancti Andree et natalis domini. In aduentu autem domini non nisi ex uoluntate libera ieiunatur. quia non est institutum nisi forte alicui fuerit iniunctum. Inter natale autem domini et purificationem beate Marie non ieiunatur propter solennitatem illius temporis. Totum enim est quasi de natiuitate domini. Et notandum quod propter tres causas necessarium est ieiunium. Prima est ut peccata preterita puniantur. ut homo delicias preteritas austeritate uite compenset. Secunda est ut dometur iumentum ne lasciuat. caro et recalcitret. Tercia causa est propter scandalum tollendum et institutionem ecclesie ne unus comedat cum ieiunant alii. Vbi autem nulla istarum causarum fuerit. corporalis exercitatio utilis est ad modicum. pietas autem ad omnia ualet promissionem habens uite que nunc est et future. et iterum apostolus. Non est regnum dei esca et potus. Unde Hieronimus. Biduanis ac triduanis ieiuniis preferit uenter nunquam plenus. Nec refert utrum uno die uel pluribus tempus occidas. Biduanum uel triduanum ieiunium est quando duobus uel tribus diebus continuis non comeditur. quod beatus reprobatur Hieronimus. Non enim sic debet homo ieiunare et corpus macerare ut seipsum occidat sed ut se castiget.

Et autem utile scire rationem non minimum quibus predictae solennitates et ieiunia nominantur. hoc tamen per notato quod quedam est solennitas in ec-

clesia obseruanda quam nondum no/  
minauimus. s. q. quilibet parrochia/  
nus semel matricē in anno uisitet eccle/  
siam. i. sedē episcopale. 7 est modo ter/  
minus cōstitutus. s. in septimana pē/  
thecostes. 7 istud a ueteri testamento  
ortum habuit. Precepit enim domi/  
nus q. quilibet ter in anno in templū  
ad Hierusalem ascenderet non manu  
uacua ut ibi oraret. Et bene iustus est  
q. quilibet xpianus semel in anno cum  
oblatione sua ecclesiam matricem uisi/  
tet. a qua percipit omnia ad salutem  
necessaria sacramenta. Hinc etiam auc/  
toritatem habet ecclesia q. quilibet o/  
pellere potest parrochianū ad facien/  
dum oblationē quater in anno in ec/  
clesia parrochiali. s. in natale domini  
in pascha. in penthecoste. 7 in festo il/  
lius sancti cuius est ecclesia. Quidam  
autem istos terminos mutant. Nam  
alicubi solēnes faciunt oblatōes ī pu/  
rificatione beate Marie uirginis. 7 in  
festo omnium sanctorum. nec multum  
refert quando fiant dummodo qua/  
ter fiant in anno. Ad alias autē obla/  
tiones compelli non possunt. Quidā  
ex consuetudine ecclesie cōpellunt mu/  
lieres facere oblatōes in purificatione  
sua. 7 in nuptiis. 7 hoc habere uident  
ex ueteri testamento. quia etiam beata  
uirgo fecit oblationes in lege institu/  
tas. s. par turturum aut duos pullos  
columbarum. Sed q. certam exigunt  
sacerdotes pecunie quātitatem ex spō  
salibus cum benedictione anulī nō ui/  
dentur habere auctoritatem. Verūta/  
men auctoritas esse potest consuetu/  
do. sicut etiam in multis locis cogun/  
tur parrochiani offerre panem in die  
bus dominicis 7 candelam ad facien

dum panem benedictum. Similiter co/  
guntur in multis locis ut cereum com/  
parent paschalem. Talis autem consue/  
tudo non est reprobāda ubi nulla in/  
teruenit symonia. nec aliquid spiritu/  
ale emittitur. Sed de hoc dubitari pō/  
t q. exiguntur pro baptisate paruul/  
orum denarii. 7 pro sepultura mor/  
tuorum. Similiter exigunt episcopi p/  
crismate 7 oleo certam summā denari/  
orum a subditis sacerdotibus. Sed in  
hoc excusationem habent q. dicunt de/  
narios illos solui pro synodalibus.  
non pro crismate. Est autem constitu/  
tio canonica q. quilibet parrochial/  
ecclesia soluat per annū ecclesie cathe/  
drali in synodo duos solidos ad mi/  
nus. Unde illi denarii dicuntur syno/  
dales uel cathedraticum. Expresse ta/  
men est prohibitum q. nihil soluat p/  
baptisate paruulorum uel sepultu/  
ra mortuorum. Est utile scire sacerdo/  
tibus causas 7 rationes uocabulorū.  
quibus predictę festiuitates 7 ieiunia  
appellantur. In primis ergo inchoā/  
dum est ab aduentu domini. Dicitur autē  
aduentus tempus usq. ad natale dñi.  
in quo leguntur 7 cantantur prophe/  
tie 7 desiderium sanctorum de primo  
xpi aduentu in carnem. Secundus autē  
aduentus in die erit iudicii uel ī mor/  
te cuiuslibet hominis. Incipit autē  
semper aduentus domini in ecclesia p/  
xima dominica ante festum beati An/  
dree uel post. Semper enim in illa do/  
minica que est propinquior festo bea/  
ti Andree. siue ante siue post. aduentus  
domini incipiet. Ut autem hoc inferi/  
us pateat notent hi uersiculi. Andree  
festum uicinior ordine quouis aduen/  
tum domini feria prima colit. Vel sic

Tres precedentes Andream tresq; se /  
quentes. Andreeq; dies aduētus sit ti /  
bi limes. Antiquitus autem feria il /  
la dicebatur dies in qua homines ces /  
sabant ab operibus suis. quia ferior /  
feriaris idē ē quod cesso cessas. Nūc /  
autem quia quolibet die a malis ope /  
ribus est cessandum. quelibet dies fe /  
ria dicitur. Vnde dies dominica dici /  
tur prima feria. dies lune secūda feria /  
et ita deinceps. Dies autem in quo na /  
tus est xps dicitur natalis uel natale /  
uel natiuitas domini. Vbius autem /  
aliorum sanctorum quando a mun /  
do isto transeunt dicuntur natalicia. /  
quia tunc in nouam nascuntur uitam /  
id est in gloriam. Sequitur circūcisio /  
domini. s. octaua dies a natali in quo /  
xps circūcisus est more iudeorum. De /  
inde epiphania domini. habz ista fes /  
tiuitas tria nomina propter tria mi /  
racula que tunc contigerunt. Dicitur em̄ /  
epiphania theophania et bethphania. /  
Epiphania dicitur superna apparitio /  
ad epy quod est supra et phanos qd̄ /  
est apparitio. quia tunc apparuit no /  
ua stella in supernis. Theophania di /  
citur quasi diuina apparitio. a theos /  
quod est deus quia tunc apparuit uox /  
dei patris et spiritus sanctus in colum /  
be specie sup xpm in baptisate. Beth /  
phania dicitur quasi in domo appa /  
ritio. a beth quod est domus. quādo /  
scz xps in domo mutauit aquā in ui /  
num. Et notandum qd̄ quilibz isto /  
rum festorum apparitio domini dici /  
tur. quia quous xps in natiuitate sua /  
apparuit hō. in his tamen festis poti /  
us deus eē apparuit. Deinde sequitur /  
festum felicitis in pincis. Hinc pice di /  
citur fractura testarum per minucias

Beatus em̄ Felix lectū nō habuit ni /  
si super pīcas. Deinde festū brē Agnet /  
Et sciēdū qd̄ brā Agnes octauā non /  
habet. sed hz aliud festū in octaua die /  
propter quoddā miraculū quod tūc /  
ostat eē fām. Sequitur purificatio brē /  
Marie uirginis. qm̄ fm̄ morē aliaruz /  
mulierū p̄ puerperii in tēplo dñi ob /  
lationē suā fecit. Dicitur idē festū ypa /  
panti dñi. quod interpretat̄ obuiatio. /  
sue p̄cessio dñi. quia tūc xps proces /  
sionē habuit a brō symeone et ab ali /  
is quādo inductus ē in tēplū. Sequi /  
tur septuagesima que significat septu /  
aginta annos. in quibus filii israhel /  
fuerūt in captiuitate babilōica. atēq; /  
possent redire in hierusalē. Et nos de /  
bemus captiuitatis nr̄e h̄re memoriā /  
per septuaginta dies. ut ad celestē hier /  
usalē. i. ad uitā eternā r̄dire possim; /  
et id̄ in p̄cipio septuagesime incipit /  
ecclesia cātica leticie tacere. ut alleluya. /  
Te deū laudam; Gloria in excelsis. ut /  
dolorē peregrinatōis sue ad memori /  
am reuocet. sicut filii isrl̄ per illud tē /  
pus quo in babilone fuerūt organa sua /  
et cātica leticie suspēderūt. Durat em̄ /  
septuagesima usq; ad sabbatū in sep /  
timana pasche. quod dicitur sabbatuz /  
in albis. quia clerici cappas habēt ni /  
gras usq; ad illud sabbatū ad dolo /  
rem sue peregrinatōis signādū. Et tūc /  
quasi finita septuagesima doloris. al /  
ba h̄nt superpellicia. Sequitur postea /  
sexagesima q̄ durat usq; ad q̄rtam fe /  
riam in septimana pasche. et significat /  
illud tēpus a Noe usq; ad Abrahā. /  
in quo filii israhel fuerūt quasi in ui /  
ducate. quia dñs recesserat ab eis. nec /  
reduit anteq; ueniret Abrahā. et fecit et /  
promissionē qd̄ in semine ei; b̄ndicerē



tur omnes gētes. Similiter uidua fu-  
it ecclesia donec xps uenit in sexta eta-  
te in carnē. ⁊ ita ad sponsam suā redi-  
it. Ob hāc cām celebrat ecclesia quinquag-  
gesimam. que durat usq; ad pascha. ⁊  
significat remissionē pctōꝝ que fit in  
illo tempore. Siquingagesimus enim  
annus qui dicebatur iubileus. fuit an-  
nus remissionis in ueteri lege. i quo o-  
nia remittebantur debita. Deinde sequi-  
tur caput ieiunii. quia tunc incipiunt ie-  
iunare layci. Clerici at̄ fm canōes ie-  
iunium debent incipere in die lune p̄-  
cedente. Ideo at̄ super capita homi-  
num ponuntur cineres ut se intelligāt mo-  
rituros. Defert et̄ tunc loco vexilli  
cilicium ad processionem. ut sciāt pe-  
nitentes semper talia debere arma h̄re  
pugnādo cōtra dyabolū. Eodē et̄  
die penitētes solēniter expellunt ab ec-  
clesia. sicut Adā propter pctm̄ suū ex-  
pulsus est de paradiso. Itē in die cene  
in ecclesia introducunt. q̄a p̄ peractā  
p̄niam pctōres ad celū reuertunt. De-  
inde sequitur quadragesima de q̄ sat̄  
supra dictū ē. Deinde b̄tē uirginis an-  
nunciatio. quādo. s. ei ānunciatū fuit  
per āḡlū q̄ d̄ciperet filiū dei in utero  
sine uirili semīe. Cui⁹ et̄ cōceptionis  
festū pronūc ecclesia singulari instinctu  
deuotionis celebrat. Verū natiuitas  
eius sicut ⁊ beati Johānis baptiste ce-  
lebrat. quia fuerūt in utero sc̄ificati. ⁊  
iō sine originali pctō sunt nati. Vnde  
gaudet ecclesia in eoz natiuitate. Om-  
nes at̄ alii cū pctō originali sunt nati  
Vnde ⁊ eoz natiuitas nō celebratur  
Seq̄tur pascha floridū siue dominica  
in rami palmaz. ⁊ sic iō dcm̄ ē q̄ flo-  
res ⁊ rami palmaz sternerant in uia  
per quam dominus in illa die in hie-

rusalem uenit. Cena uero domini dici-  
tur. quia in illa die cum discipul⁹ ag-  
num pascha'em cenauit. Dicit et̄ di-  
es absolutōis. quia tūc popul⁹ a pec-  
catis. ⁊ penitētes ab eiectōe eccleie ab-  
soluunt. Sequit̄ dies crucis adorare.  
quod dicit sic. quia ea die crux xpi a  
fidelib⁹ adorat. Dicit et̄ parasceues  
id est preparatio. s. quia ea die p̄pa-  
rabant iudei q̄ necessaria erāt in sab-  
bato sequēti. i quo nō licebat eis ope-  
rari. Deinde pascha sequit̄. Dicit at̄  
pascha a phase quod ē trāsitus. quia  
tunc angel⁹ exterminator oēs domos  
iudeorū in egypto trāsuit. quia po-  
stes ⁊ superliminaria tincta erāt ho-  
stiorum sanguine agni. nec ullū terig-  
it in domib⁹ istis. sed i aliis oē primo-  
genitum occidit. Xps etiam illa die a  
passibilitate in ipassibilitatē ⁊ a mor-  
talitate in immortalitātē trāsuit. Declina-  
tur at̄ hoc pascha h̄y pasche sicut hoc  
māna h̄y māne cōtra regulā desinētūz  
dictionum in a in neutro genere. Pa-  
rasceue in ntō declinat. ḡtō h̄y para-  
sceues. ⁊ i accusatiuo parasceue. i om-  
nibus aliis casib⁹ terminat in e. Decli-  
natur p̄thecostē h̄y p̄thecosten ten-  
in neutro genere. ⁊ debet eē semper ac-  
centus in fine. q̄a barbare sunt termi-  
nationes. Omnis at̄ barbara dictio ac-  
centum habet in fine. Dicit at̄ p̄the-  
costen a p̄the quod ē quinq; ⁊ coste  
quod est decē. quasi quinq; decēz  
dies sunt a pascha usq; ad p̄theco-  
sten. Et signat p̄thecosten annū iubi-  
leum qui ānus fuit leticie. sicut supra  
dictum est. quia tūc oēs serui fiebāt  
liberi. ⁊ omnia remittebantur debita. et  
signat leticiā quaz habuerūt apostoli  
in aduētū sp̄ssancti. De letaniis su-

pra dictum est. Letania autem grece  
rogatio dicitur latine. Ascensio dñi dicitur  
quia ea die ascendit dominus in ce-  
lum secundum carnem et adhuc quotidie in me-  
bris ascendit. Unde in fine hymnorum  
dicitur. Gloria tibi domine qui scan-  
dis etc. Notandum est etiam quod as-  
sumptio beate uirginis non dicitur na-  
talis eius sicut aliorum sanctorum. quia  
ipsa creditur decessisse sine dolore mor-  
tis. Ipsa etiam creditur esse assumpta in  
corpore et anima. Item dicitur festum  
sancti Iohannis euangeliste ante portam  
latinam. quia in eo loco missus fuit in  
doleum feruentis olei. Festum sancti mi-  
chaelis celebratur propter duo miracu-  
la que contigerunt. Unum in loco qui  
dicitur tumba iuxta mare sex miliar-  
ibus ab urbe abiacensi. Aliud in more  
gargano. Quare autem festum omnium sanctorum  
simul et semel celebretur in anno per omni-  
bus. Notandum uero quod nullum festum  
alicuius sancti de ueteri testamento ce-  
lebratur. quia omnes cum moriebantur  
ad inferna descenderunt. donec christus  
uenit. et per passionem suam genus hu-  
manum redemit. Beatus autem Iohan-  
nes baptista de nouo testamento satis  
fuit. quia christi contemporaneus fuit. et  
eum baptisauit. quod ad nosum per-  
tinet testamentum. Innocentes etiam de  
nouo testamento dicuntur fuisse. quia  
christi contemporanei et pro eo occisi. et  
ideo festum eorum celebratur. Verum-  
tamen porta celi nondum fuit aperta  
quando passi sunt. quam christus in sua  
passione aperuit. ideo in festis eorum  
in quibusdam ecclesiis non cantatur al-  
leluia ad missam.

#### De orationibus laycorum.

#### Capitulum .cxii.

Est hoc dicendum est laycis  
ut quotidie septies laudent de-  
um dicendo orationem domini/  
cam. Credo in deum patrem etc. et si  
plura scire possunt bonum est ut di-  
cant salutationem beate Marie uirgi-  
nis. scilicet Ave maria gratia plena do-  
minus tecum benedicta tu etc. Et aliam  
que talis est. Gaude sancta maria dei  
genitrix uirgo immaculata. Gaude quod  
ab angelo gaudium suscepisti. Gaude  
que genuisti eterni luminis claritatem.  
Gaude mater. Gaude sancta dei geni-  
trix uirgo que sola mater es intacta.  
te laudat omnis factura genitricem lu-  
cis. sis pro nobis uirgo perpetua que  
sumus interuentrix ad dominum no-  
strum. Hiesum christum filium tuum amen.  
Et ut sciant. Adferere mei deus si pos-  
sunt. Ad talia uero scienda non sunt co-  
gendi sed ammonendi. Verumtamen  
ad sciendum orationem dominicam et  
credo in deum et benedictionem eccle-  
sie. scilicet in nomine patris et filii et spiritus  
sancti quilibet christianus debet cogi.  
Bonum autem ualde esset quod sciret de  
rica predictam beate uirginis salutati-  
onem. Gaude maria. Legitur inter mi-  
racula sancte uirginis. quod quidam clericus la-  
sciuis quotidie in oratorio beate uirgi-  
nis hanc dicebat orationem. Cum autem  
quadam nocte quedam pontem transi-  
ret. precipitauit eum dyabolus in aquam  
ille autem incipiens dicere istam salu-  
tationem. beata uirgo uenit et eum ex aqua  
eduxit. et ut ad patriam rediret. precipit-  
pit. et sic saluus factus est. Multi enim  
habent in memoria quotidie angelorum  
eis ad custodiam deputatum dicen-  
tes. Angele qui me es custos pietate

superna. Ad te tibi commissum serua-  
defende. guberna. Preterea omni pe-  
nitenti iniungendum est ut quotidie in  
fronte et in pectore signum sancte cru-  
cis faciat dicens. In nomine patris et  
filii et spiritus sancti. si scit hunc uersi-  
culum dicat. Per crucis hoc signum fu-  
giat procul omne malignum. Et ut di-  
cat orationes pro animabus defunc-  
torum benefactorum suorum. de quo-  
rum beneficiis uiuit modo. et forsitan  
illi cum magno peccato ea conquisie-  
runt. que filius suis et parentibus reli-  
quit. et sunt forte in purgatorio uel in  
peiori loco. Unde ualde est inhumana-  
num si non subueniant eis in orationi-  
bus et elemosinis. Quodam enim mo-  
do maior elemosina est subuenire defunc-  
tis quam uiuis. quia mortui medicare non  
possunt. sed uiui pauperes necessaria  
sibi medicando conquirunt. Preterea  
quilibet transiens cimiterium debet di-  
cere pater noster pro animabus ibi re-  
quiescentibus. Unde in quibusdam lo-  
cis bona est consuetudo. ubi parrochi  
antequam ecclesiam ingrediant ipsi cir-  
cueunt. et pro animabus ibi quiescenti-  
bus pater noster dicunt. Videat etiam  
omnis christianus quod omni nocte ante  
quam dormiat. cum signo crucis se deo com-  
mendet. et pater noster et credo in deum  
dicat. Dicunt etiam multi et sancti uiri  
quod omnes clerici habentes ecclesiastica  
beneficia quotidie ex debito placebo  
et dirige debent dicere pro anima-  
bus de quorum bonis uiuunt. Si enim  
tenentur benefacere uiuis benefactori-  
bus et orare pro illis. multo fortius pro  
mortuis. Ad minus autem si clericus ta-  
lis uel nescit uel dicere non potest tales  
exequias. debet habere uitarium qui

pro eo quotidie dicat. Preterea pre-  
uidendum est sacerdotibus ut inqui-  
rant a penitente quod sit eius officium  
Quaedam enim sunt officia que ex toto  
sunt peccata. ut meretricum et hystri-  
onum. Quaedam sunt que sine peccato  
uix exerceri possunt. ut mercatorum et  
theolonariorum. quia sicut ait Grego-  
rius. Difficile est inter ementis et uen-  
dendis commercium non interuenire pec-  
catum. Quaedam autem ex toto sunt in-  
utilia. ut eorum qui coronas floridas  
et decios sine talos ad ludendum ferunt  
Quaedam uero officia necessaria sunt.  
sed uix fideliter exercetur. ut mercena-  
riorum et magistrorum puerorum et his  
similia. Cum ergo meretrices ad profes-  
sionem uenerint et hystriones. non est  
eis danda penitentia nisi ex toto relin-  
quant talia officia. aliter enim salua-  
ri non possunt. Idem agendum est de  
usurariis qui de usuris tantum uiuunt.

Sed notandum quod tria sunt genera  
hystrionum. Quidam enim transfor-  
mant et transfigurant corpora sua per  
turpes saltus et gestus. uel corpora sua  
turpiter denudando. uel horribiles lo-  
ricas induendo. et omnes tales damna-  
biles sunt. nisi officia relinquunt. Sunt  
etiam alii hystriones qui nihil operantur  
sed curiose agunt. non certum habentes  
domicilium. sed curias circueunt  
magnatum. et ignominias loquuntur  
et obprobria de absentibus. tales etiam  
sunt damnabiles. quia prohibet  
Apostolus cum talibus sumere cibum.  
Et dicuntur tales scurre uagi. quia ad  
nihil aliud utiles sunt nisi ad deuoran-  
dum et ad maledicendum. Est etiam  
tercium genus hystrionum. qui scilicet  
instrumenta habent musica ad de-

lectandum homines. Sed talium duo sunt genera. Quidam enim choreas et publicas potationes frequentant. et homines ad lasciuam prouocant. et tales sicut et alii sunt damnabiles. Sunt et alii qui dicuntur ioculatores. qui gesta cantant principum. et uitam sanctorum et hominibus in egritudinibus et agustis solacia faciunt. et non exercet turpitudines. sicut faciunt saltatores et saltatrices. et alii qui ludunt in ymaginibus inhonestis. et uideri faciunt quasi quedam fantasmata per incantationes uel alio modo. Et tales dummodo uidentur predicta bene sustineri possunt. sicut ait Alexander papa. Cum quidam ioculator ab eo quereretur utrum possit saluari in officio suo. quesuit ab eo papa utrum aliquod aliud opus unde uiuere posset sciret. respondit ille quod non sciret. Permiserit ergo papa quod uiuere de officio suo. dummodo a predictis lasciuis et turpitudinibus abstineret. Notandum est preterea quod omnes peccant mortaliter qui dant scurris uel leccatoribus uel predictis hystriionibus aliquid de suo. quia sicut dicit canon. hystriionibus dare nihil aliud est quam perdere. Item hystriionibus dare nihil aliud est quam demonibus immolare. Dantes enim talibus in errore eos seruiunt. quia si nihil eis daretur relinquerent officium suum prauum.

#### De officio pugillum.

Capitulum. .cxiii.

Est et aliud quorundam officium qui dicuntur pugiles uel quelliones. qui locant operas suas ad pugnandum in bello. et omnes tales sunt in odio fraterno. Nemo enim illum potest diligere quem uult occi-

dere. Tales autem nihil aliud uidentur facere quam deum per uires suas temptare. Unde monomarchia id est singulare bellum damnabile est in ecclesia. sicut et peregrina indicia. scilicet ferri candentis. et aque frigide que ubique prohibentur. Et similiter prohibet ecclesia monomarchias. sed per principes seculares prohibitum est in ecclesia ne possit in hiberi. Unde si quis iuste tenet hereditatem suam et alius iniuste eam impetit. in duello bene licet tenenti se et sua defendere pugnando. sicut ei liceret se et sua defendere a latrone. Sed si aliam quam iuste peteret hereditatem. non consuleremus quod pro ea pugnaret. sed alio modo in iudicio ius suum querere. Cuilibet enim licet se defendere. sed non pugnare uel se uindicare.

#### De officio mercenariorum.

Hec restat agere de officio mercenariorum. Officium autem mercenariorum qui locant operas suas uel ad diem uel ad certum terminum ualde est periculosum. quia tenentur plene misterium suum exhibere his a quibus cibum et stipendium recipiunt. Sed non curant quam parum laborent. dummodo mercedem recipiant. et hoc est quasi rapere et furari conductori pecuniam suam. Facit enim mercenarius pactio nem de opere unius diei uel plurium. pro tanto uel tali precio. et forte non facit tanti laboris dimidium. Ergo iniuste recipit quicquid ultra iustum precium sui laboris percipit. Unde uehementer sunt a suis sacerdotibus increpandi. Preterea sunt multi mercenarii qui operas suas locant ad turpes labores et ad seruendum feneratori uel iudeo uel meretrici uel predoni. et omnes tales

sunt quasi consentientes illis quibus seruiunt in peccatis suis. Consentientes autem et agentes sicut dicit canon pari pena punientur. Quia uero multi peccant per consensum. Sciendum est quod dicitur consentire multipliciter. Est enim consentire tantum animo malefactum approbare. Vel sic. Consentire est post maleficium malefactores defendere. Item consentire est malefacientibus non resistere cum possis uel non resistere quantum debes et potes uel antequam fiat maleficium uel dum sic uel dum factum est. Item consentire est post maleficium malefactores non corripere. Est etiam consentire in faciendo maleficio suo malefactores iuuare. Et de his precipue dicitur quod consentientes et agentes pari pena punientur. Verumtamen omnes alii predicti pena sunt digni. quidam tamen magis digni. quidam minus. ut qui consentit approbando maleficium nec apponit adiutorium. nec corripere potest uel corrigere. multo minus peccat quam consentientes alii. Item meretrices inter mercenarios computantur. locant enim corpora sua quibus ad turpes usus. et tamen quia in corpore suo laborem sustinent. licitum est eis retinere quod pro tali labore accipiunt. Vnde lex secularis ait. Turpiter facit quod est meretrix. sed non turpiter accipit cum sit meretrix. Vnde etiam de meretricio potest penitere et precium meretricium retinere. et inde elemosinam facere. Verumtamen si appetit libidinem et corpus suum locat ut libidinem adimpleat. iam non laborem suum locat. et tunc turpiter facit et turpiter accipit. Item si meretrix inungat se et ornat ut lasciuos decipiat ut mentiatur pulcritudinem et spectem

quam non habet. quia tunc leccator emere se credit speciem que non est ibi. peccat meretrix. nec potest licite retinere quod sibi accipit Turpissimus autem est questus meretricis et deo abominabilis. quia dicit apostolus Custodi uas tuum id est corpus in sanctificationem. Verbigratia. Si in propria forma uideret illam. non daret ei nisi obulum. sed quia pulchram uidit eam et fulgentem dat ei denarium. In hoc casu unum obulum potest sibi retinere. alterum tenetur restituere illi quem decepit uel ecclesie uel pauperibus. Taleator etiam si ius et metam ludi sequatur. purgato uicio suo. retinere potest quod lucratur. Si autem fraudem fecit in iactu decorum. restituere tenetur. Tales autem homines si non possunt restituere. debent misericordiam postulare. Item notandum quod mercenarii inuite faciunt elemosinas de his que de corporis sui labore acquirunt. et ideo discreti sacerdotes iniungunt eis in penitentia quod cum uacare possint in uicis pauperum laborent. et nihil preter uictum accipiant. Nullus enim debet laborare nisi deum honoret de suo labore. Vnde dominus ait. Honora dominum de tua substantia. non ait de hac uel illa substantia. sed de quacumque dummodo tua sit.

#### De officio mendicorum.

Capitulum. .cxliii.

Est autem quoddam officium mendicorum qui nihil aliud faciunt nisi quod mendicant et comedunt. et de elemosinis fidelium uiuunt. Talium enim uita sepe est periculosa.

Quandoq; enim trāffigurant se in habitu miserabili. ut magis q̄ sint uideantur egeni. ⁊ ita alios decipiunt ut plus accipiāt. Sepe etiam cum nō indigent sibi querunt. quod alii accipere debebant. ⁊ plus colligunt q̄ necesse habeant. ⁊ aliis inuident si aliqd accipiant. Vix etiam in uita sua aliquid quam audiunt predicationē. sepe etiā fortes sunt. sed propter pigritiam suam laborare nolunt. ⁊ ita elemosinas accipiunt que tm̄ debet dari indigentibus. Et in his omnibus peccāt mortaliter. quod forte non intelligunt nisi per sacerdotes in confessione instruantur. Item omnes medici ad orandum sunt obligati pro his quorū elemosinas accipiunt. Vnde si plus accipiunt q̄ orationibus reddāt ul' reddere possint. peccant mortaliter. Vnde oportet q̄ sacerdotes in confessione talium apponant magnam diligentiam. Hoc autem genere peccati multi laborant clerici. qui tm̄ uiuunt de elemosinis ⁊ sunt obligati instanter pro illis de quorum uiuunt elemosinis orare. ⁊ nihil uel parum curant de hoc. Vnde omnibus iniungendum est in confessione ut diligenter orationes cōpleant que tenentur.

#### De officio magistrorum.

Quid quoq; est officium similiter ualde periculosus. s. m̄ḡorū qui in scolis suis alios habēt instruere ⁊ precipue pueros. Tenentur enim eos fideliter non solum in morib; sed etiam in scientia instruere. cum sepe a parentibus puerorum soleant mercedem accipere. Vnde si per magistrorū negligentiam in scientia uel in morib; pueri deficiant. peiores sunt magistri

furbus. Fures enim subtrahunt pecuniam. isti autem bonos mores ⁊ scientiam. Sepe enim constat q̄ cum scolares nec tantum sciunt q̄ inde possint uiuere. nec aliquod officium aliud. efficiuntur fures uel latrones uel malefici. ⁊ ita in perditionem uadunt. Vnde diligenter iniungendum est omnibus magistris scholarum ut in officio suo fideles sint ⁊ diligēter discipulos suos instruant ne peccata uel ignorantias discipulorum requirat dominus ab animabus magistrorum.

#### De officio sacerdotum uel aliorū clericorum. Ca. .cxv.

Et ⁊ aliud officiū nimis periculosum. s. sacerdotū uel aliorum clericorum curas animarum habētū. si animas regere nesciūt uel sciunt ⁊ negligūt. Talibus autē nulum restat cōsiliū. nisi ut bñficia sua relinquunt. uel ad regimen animarū sibi cōmissarū diligēter intēdāt. Multi enim in contrarium faciūt. q̄a nec in propria persona nec per ydoneos ministros parrochias suas regūt. s; mercenarios sibi cōstituunt. ⁊ illos cē meliores credunt quos pro minori precio habere possunt. uel si beneficia sua ad firmā tradūt nihil aliud nisi magnam firme summā querūt. nec unq̄ uisitantes parrochias animas ouī suarum lupis exponūt cum nulla sit excusatio pastoris. si lupo gregem deuoret ⁊ pastor ignoret. Non attēdūt quantam apponit diligētiā pastor secularis ad oues custodiēdas ⁊ pascēdas. q̄ diligenter eas minat. q̄ boue eis querit pascua. Et si per absentiam uel eius negligentiam aliqua ouis p/

dicur. restituere tenetur. Similiter do-  
minus sanguinem sue ouicule pereun-  
tis de manu requiret pastoris. Ad ag-  
na est audacia recipere curam anima-  
rum de manu episcopi. cū dicat ei ep̄s  
suscipienti. Hanc tibi omittero parro-  
chiam ut in die iudicii rñdeas domi-  
no pro anima tua et mea de hac custo-  
dia. Cum igit̄ uenerit talis ad cōfessi-  
onem. diligēter ab eo inquirenduz est  
si uigilet super gregē sibi commissum  
nec aliquem parrochianū suum patia-  
tur dormire in pctō mortali. Ingre-  
ndum est ab eo nō solū in spiritualibz  
sed in temporalibus. etiam parrochi-  
anis suis indigentibus si potest subue-  
niat. In tribus enim quilibet pastor  
pascere debet gregē suum. s. uerbo p̄-  
dicationis. exēplo bone cōuersatōis.  
et largitione beneficii. Unde dñs ter-  
dixit petro. pascite oues meas. q. d. pa-  
sce uerbo. pascite exēplo. pascite et opere.  
Ad agnum ergo onus est clerico habē-  
ti curā animarū. unde maius bñficiuz  
clericus cōfert ep̄o cum beneficium de  
manu eius suscipit q̄ econuerso acci-  
pit. Clericus enim pro ep̄o animā su-  
am obligat. et episcopus suā animam  
per beneficiū a periculo liberat. Dul-  
lum autem officiu? magis acceptabi-  
le est deo q̄ bene r̄gere aīas. Vñ nul-  
lo modo pōt clericus animā suā meli-  
us saluare q̄ bene parrochiam suā cu-  
stodiendo. nec citius damnare q̄ cir-  
ca eā negligent̄ et ignorāter agendo.  
Difficile est dare consiliū clericis q̄ pe-  
nitus sunt a beneficiis absentes ul' cir-  
ca gregem suū negligētes. Aliud etiam  
imminet periculū clericis beneficiatis  
scz q̄ tenent dño rōnez reddere de bo-  
nis ecclesiarū suaz qualiter expēdant

Dispensatio enim eis credita est. ut sine  
dispensatores pauperū. et eis etiā p̄-  
uideant de bonis ecclie. et his maxie  
qui de suis parrochiis sunt. quorum  
prius oblatōes et elemosinas receperūt  
residū sibi ad suas necessitates seruā-  
tes. non ad luxuriā uel uoluptatē. Ip-  
si uero contrariū faciūt q̄ bona eccliaz  
in lasciuis et seculi uoluptatibz expē-  
dunt. et propriis militāt stipēdiis in-  
curus principū ut āpliores percipiāt  
redditi. et sibi phaleras aureas et ar-  
genteas et ornāmēta pretiosa faciunt  
et etiā forte cum meretricibz et hystrio-  
nibus multa expēdūt. De omnibz ac  
his expēsis dño rñdebunt. Vñ diffi-  
cile ē talibz cum uenerit ad cōfessionē  
dare cōsiliū. nisi ut uel ecclias q̄s spoli-  
ant sic relinquāt. et ipsis ecclesiis et pau-  
peribus per restitutionē satisfaciāt ul'  
ad ecclias suas redeāt. et meli9 ecclia-  
stica bona expēdāt. et de turpibus ex-  
pēsis pñiam faciāt. Sed de bonis ec-  
clesiaz restituere nō possunt. q̄ sunt  
ecclesiaz et paupez oīa que ultra ne-  
cessitates retinere possunt. Vñ sanissi-  
mum est cōsiliū q̄ si bona hēnt here-  
ditaria ul' aliunde licite acq̄sita. de his  
ecclesiis et pauperibz quātum possent  
satisfacerēt.

De officio mercatorū. Ca. cxvi.

Liud officiu ē mercatorū. de  
quo diligēter ē in cōfessioe q̄-  
rendū. Sed sciēdū ē q̄ oīs ne-  
gociatio ē clericis interdicta. q̄a sicut  
ait canō. Fornicari nuncq̄ licet. nego-  
ciari ac licet qñq̄ et qñq̄ nō. Vñ cleri-  
cis negociari licet anq̄ fiāt clerici. post  
ea uero non. Idē em̄ ē turpis questus  
in clerico. quod usura i layco. Nego-  
ciatio ē ac emere aliqd uili9 eo aīo ut

uendatur carius. Hoc aut bene licet laycis. etiam si nullam apponant emendationem rebus quas emunt et postea vendunt. Aliter ei multum esset defectus in multis regionibus. quia mercatores de hoc quod in uno loco abundat. in alium locum ubi eiusdem rei est egestas deferunt. Unde bene possunt percipere precium laboris sui et evectationis sue et expensas ultra fortiter quaz dederunt in emptore. et si mercibus aliquam apposuerint emendationem. bene possunt inde recipere premium. Sed in mercibus si fecerint aliquas sophisticationes. ut si decipiant emptores fures sunt et latrones. Preterea dicit lex secularis quod nulli licet venditori recipere pro rebus venditis ultra dimidietatem iusti precii. Et tamen pretium est si aliquid ultra iustum precium accipiat. Sed lex taxat medietatem iusti precii. quia tunc primum emptor qui deceptus est recipere potest quicquid ultra dimidietatem iusti precii perfoluit. Quidam autem emunt res materias et artificium suum et laborem apponunt ut aliquid novum operum inde faciatur. ut ligna vel lapides vel metallum ad vasa vel instrumenta usibus humanis necessaria. vel cornu et pelles et similia. Tales non dicuntur mercatores sed artifices. et bene licet eis vendere opera sua et artes suas quibus magno didicerunt labore. dummodo fraudez non faciunt in artificio suo. De his rebus quas emunt nullum apponunt artificium et postea vendunt. ut panes pisces annone et homini. omnes in sordido lucro versant. quorum opera non artes emuntur. Nihil enim lucrant nisi admodum mercedem. Constat autem omnibus quod lucrari per mendacium mortale est peccatum. Unde ex predictis quod clerici si sint pauperes sicut ait canon. bene possunt et debent artificio suo sibi victum querere. et aliquam in qua operentur

artificialiter materiam emere. sicut legitur de paulo qui emit uimina et texuit canistros et vendidit et inde vixit. Verumtamen si clericus emerit quod sibi ad annum sunt necessaria. et in fine anni super opinatum aliquid residuum fuerit. bene illud iusto pretio vendere poterit. nec hoc negotiatio dicitur. quia non emit eo modo ut postea venderet. Item si clericus pullos equorum emerit vel agnos vel alia animalia et nutrit ea sumptibus suis eo anno ut postea vendat. Dicitur multi quod est negotiatio nec est simile de materia empti in qua artificium suum facit. quia in animalibus de artificio nihil potuit. Et tamen multi viri religiosi magnas habentes pasturas animalia macilenta et uivacula emunt. et donec bene possunt vendere nutriunt. videant ipsi si negotiationem faciatur. Bene tamen credimus quod non faceret beatus Petrus vel Paulus vel Benedictus. Verumtamen si propria habent animalia macilenta ut equos et vitulos et similia. et hec facerent negotiatio non esset. Si autem non essent eis animalia et magnam haberent pasturam. sanius eis esset consilium pasturas vendere quam eo animo animalia emere ut impinguerent et postea venderent. Clerici vero si oblationes suas vel candelas vel vinum vel bladium suum vendiderint. non est negotiatio. Si autem necesse fuerit res deo consecratas vendere vel impignorare vel vestimenta altaris vasorumque sacra non possunt nisi clericis dare vel vendere. vel religiosis personis. quia laycus non potest talia possidere nec eorum dominium habere. Si autem magna fuerit necessitas. calices et alia vasa ostentilia possunt consistare. et in rudem massam redigere et sic laycis vendere.

De officio iudicum.

Capitulum. .cxvii.



Et 7 aliud officiū ualde periculofum. ſcilicet iudiciū tam in eccleſiaſtico foro q̄ in ſeculari. In quo notandum eſt in pri-  
mis q̄ clerici nunq̄ intereſſe poſſunt iudicio ſanguinis. niſi ad defendēdū ſicut Daniel a morte Suſannam liberauit. 7 beatus Nicolaus tres iuue-  
nes. Bene uero poſſunt intereſſe cleri-  
ci ut uideant q̄ nulla fiat in tali iudi-  
cio iniuria. Sed cum uiderit aliquem ita reum q̄ defendi non poſſit. cum il-  
lis ſedere nō poſſunt qui reū ad mor-  
tem iudicant. nec etiam eſt eis tutū re-  
cedere in tali caſu. quia ex eorū reſeſ-  
ſu preſumunt alii reum eſſe damnabi-  
lem. 7 condemnant eum ad mortem. 7  
ita ſunt quaſi occaſio quare ille dam-  
netur Vnde periculofum eſt clericis ſe  
talibus intermiſcere iudiciis. quibus  
etiam prohibicum eſt in canone ne in-  
terſint lacrimoſis ſpectaculis. ut duel-  
lis uel ſuſpēſionibus latronū. uel mu-  
tilationibus membrorum. Q̄ ſi fecerint  
irregulares ſunt. tantus eſt hor-  
ror ſanguinis humani. ut 7 qui meri-  
torie maleficos occidit. ſi ad religionē  
transit. ad ſacros ordines promoueri  
non poſſit. ſicut dixit dominus ad da-  
uid. Non edificabis mihi domum in  
eternum quia uir ſanguinuus es. Si er-  
go uir ſanguinum erat. 7 iō non potuit  
edificare domino domū materialē.  
multominus pōt aliqs conſecrare cor-  
pus xp̄i quod ē domus ſpūalis. Cle-  
rici etiā niſi in cauſis hereditariis ī fo-  
ro ſeculari cām ſuā proſequi nō pñt.  
Vnde ſi fiat iniuria in rebus mobili-  
bus uel in corpore proprio. non poſ-  
ſunt proſequi cām ſuam in foro ſecu-  
lari. 7 qui proſecutus fuerit. p̄dat qd

ibi euicit. 7 periculo ſui ordinis ſubia-  
ceat. In hoc enim eſt priuilegium cle-  
ricorū. q̄ quicquid lex dicat q̄ actor fo-  
rum rei ſequatur. tamen ſi clericus ali-  
quod debitum uel ablatum q̄rat ab  
aliquo uel ſatiffactionē de iniuria cor-  
poris ſui debet actoris id eſt clerici la-  
ycus forum ſequi. Verumtñ bñ poſ-  
ſunt clerici predicare iudicibz 7 dicere  
ut malefactores ſuſpēdant. Sed ſi uē-  
tum fuerit ad ſingulares perſonas. ut  
dicat. eſt iſte ſuſpēdendus. debet cleri-  
cus reſpōdere. neſcio. quia non pōt ei  
cōſtare ueritas illius propoſitionis.  
Non em̄ pōt recipere probatiōes per  
teſtes uel alio modo in iudicio ſangu-  
inis. Verūtamen ſi aliqs clericū uel ec-  
cleſiam eiꝝ ſpoliauerit. bñ pōt clericꝝ  
uel procurator eccleſie ad principē ac-  
cedere 7 dicere ei. Talis tantū fecit no-  
bis damnum. facite nobis emendari.  
ſed cām contra malefactorē proſequi  
nō pñt ſingulariter. Si ergo latrones  
aliquē clericum ſpoliēt. 7 ad clamorē  
eius alii ueniāt. pōt ne dicere clericus.  
Iſte ſpoliauit me his bonis. Q̄ ſi di-  
xerit. ad uocē eius forte ſuſpēdet ille  
Ad hoc quidā dicunt q̄ ſi fuerint ap-  
paritores uel miniſtri iudicis qui ha-  
beant p̄tatem ſuſpēdēdi tales nō de-  
bet dicere clericꝝ Iſte ſpoliauit me. ſed  
poſteſt dicere Iſta bona ſunt mea que  
aſportat iſte. Idē etiā poſſet dicere ſi  
ſtaret añ iudicē. 7 uideret ibi bōa ſua  
in manu latronis Iſta ſunt bona mea  
que hic tenet in manibus. uideat ipſe  
quomodo ad manum eius peruene-  
runt Verumtamen ſunt quidam q̄ om-  
ni abrenunciauerunt proprietati. qui  
nihil proprium poſſunt poſſidere. et  
ideo nihil tanq̄ ſuū poſſunt repetere

Tamen ut predictum est uiri religiosi  
domus sue bona non proprio nomi  
ne sed pauperum quorum sunt repetit  
Siquidam tamen ita sunt perfecti . qd nec  
proprio nec alieno nomine quicq ab  
latum repetit . sed sustinet si qd deuo  
rat . si quis accipit . si quis in facie eos  
cedit . Hoc at certum est in canone esse  
constitutum . qd nullus clericus pot in  
iuriam propriam uindicare . sed a suo  
iudice iusticia querere . Hic autem no  
tandum est qd si iudici ecclesiastico ta  
lis illata fuerit iniuria . q ipsam ledit  
ecclesiam . bene pot ultionem querere .  
non sibi sed ecclesie cui illata e . Vel si  
episcopus spoliaretur uel percuteret  
in persona eius . magna esset ecclesie in  
iuria illata . ideo ecclesia sua bn pos  
set uindicare . Si autem talis esset inu/  
ria q non offenderet ecclesia . no illaz  
posset episcopus uindicare . ut si quis  
episcopum filium rustici uocaret . uel  
filium serui . uel diceret q ate episcopa  
tum pauper 7 pediculosus fuisset . hoc  
nullum esset dedecus ecclesie . quia multi  
tales facti sunt boni epi . Et ideo talis in  
iuriam scdm canones non posset uin  
dicare . Communiter at oportet ta eccle  
siasticos q iudices seculares diligen  
ter considerare . q prudetes uiros ha  
beant 7 fideles ministros ad iudican  
dum . quia sunt rei omnium peccato  
rum que faciunt illi ex potestate 7 of  
ficio ab eis suscepto . Unde cum qui  
dam princeps in extremis laboraret .  
7 sapiens ad eum sacerdos ueniret . ait  
illi . Audiuit q multos innocentes se  
pe damnasti . multas uiduas 7 alios  
principes spoliasti . 7 iusta iudicia p/  
uertisti . 7 ideo oportet te de omni  
bus confiteri . Et respondit princeps .

Ego ministros habui . uideant ipsi qd  
fecerint . Eui sacerdos . Sicut per bo  
nos meruisses uitam si eos habuisses  
ita per malos peccasti . quibus potes  
tatem tuam commisisti . Unde prin  
ceps omnes ministros suos uocauit .  
7 eos illi sacerdoti omnia que i accep  
ta potestate malefecerant confiteri fe  
cit . Suo facto sacerdoti dixit . Om  
nia modo scis mea opera . de omnibus  
ergo da mihi consilium . Est autem unus  
casus iudicii ualde periculosus . quan  
do scilicet aliquis que bene scit ee in  
nocentem coram eo condemnatur . et  
per falsos testes conuincitur . 7 si hm  
proposita 7 allegata iudicauerit . bene  
scit q innocentem condemnabit . 7 sic  
contra conscientiam suaz ibit . In hoc  
casu credimus esse consilium q nunq  
innocentem ex certa scientia damna  
bit . sed remittet eum ad iudicem supe  
riorem . 7 illum instruet de ueritate to  
tus cause . 7 ita iudex superior aliam  
faciat magis diligentem inquisitionem  
ut absolueri possit innocentem . Dili  
genter ergo inquirendum est a penite  
tibus de officiis suis . 7 est eis consulē  
dum ut turpia in quibus saluari non  
possunt relinquat . 7 honestis sine frau  
de adhereant . Videtur enim q nullus  
labor nec aliquod officium debeat ap  
probati . nisi ualeat ad commodum  
aliquod uite humane . quia dixit do  
minus . In sudore uultus tui uesceris  
pane tuo . quasi dicat . Non sudabis  
uel no laborabis . nisi in illo pane qui  
ualeat ad tuum panem . id est ad uite  
sustentationem . 7 molendinarius 7 alius  
qui raro ad celebrationem uadit mis  
se . consulendum est ut in aliis bonis  
deo recompensent .

De septem modis quibus peccata remittuntur. Ca. cxviii.

Et etiam generaliter attendendum omni penitenti quod septem sunt modi sicut super primum penitentialem psalmum legitur per quos omnia remittuntur peccata. Et hec sunt omnia penitenti innotescenda. ut in his quantum potest inhereat et in memoria habeat ut per ea remittantur peccata sua. Illi autem sunt septem modi remissionis quibus dantur peccata. scilicet. baptismus. elemosina. martirium. confessio peccati remittere in se peccati. gemitus continuus/satisfactio pro peccatis. comunicatio corporis et sanguinis domini. De his septem supra dictum est. sed utrum sint alii remissionis modi ut extrema unctio. et quare precipue isti sint remissionis modi. licet aliquo modo de huiusmodi dictum sit adhuc tamen aliud repetendum est de istis. scilicet. ut sciat penitens quod eis reuerentia debeat. et quod per ista ei remittantur peccata. Debet ergo intimari quantum honorem debeat baptismus exhibere suo et pacto quod fecit cum deo in baptismo. Cum enim quilibet homo nascatur filius utriusque ex parte patris vel matris non habeat hereditatem nisi in infernum. In baptismate fit filius regis. id est. christi. et filius regine. id est. ecclesie que sponsa est christi. ita per regenerationem baptismatis coheres fit christi. et habet hereditatem regnum celorum. In quanta reuerentia ergo debet homo habere baptismum suum. per quod de herede inferni factus est heres celi. Item in quanta reuerentia debet habere homo ecclesiam que est mater eius ex cuius utero renatus est in fonte baptismatis et ubi mundatus est in regem. ut sciat se esse

de regio semine. et regnaturus in regno celorum. Sed et hoc attendere debet homo ut obseruet pactum quod deo promisit. scilicet. ut sciat et teneat rectam fidem et quod plene dyabolo et pompis eius renunciet et seruiat deo soli. Si autem pactum baptismi fregerit statim iterum in dyaboli seruitutem redit. et est nouissimus error peior priori. quia sicut esset melius viam veritatis non agnoscere quam post agnitionem retrorsum conuerti. ita in eodem genere peccati semper peccat deterius baptisatus quam non baptisatus.

De secundo modo per quem peccata remittantur. Capitulum. cxix.

Secundus modus remissionis est elemosina. de qua plene constat omnibus sicut legitur in thobias quod per peccatum et a morte liberat. et magna fiducia est homini qui facit elemosinam. quia ipsa non patitur eum ire in tenebras. Et item in luca dicitur. Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Et in ecclesiastico. Sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum. Sed est mirum unde elemosina tantum habeat privilegium. et utrum ipsa res que datur vel actio dantis ibi operetur dicitur. Absconde elemosinam in sinu pauperis et ipsa orabit pro te. Ita enim videtur de omni opere charitatis quod ipsum factum operetur pro factore suo ad dominum. Quidam tamen dicere solent. quod sicut dominus ex gratia sua quadam spalem virtutem dedit quibusdam orationibus ab ecclesia institutis quam non dedit aliis. et sicut speciale privilegium martiri dedit innocentibus qui nouiter eo nato pro eo persecutionem habuerunt. ita dominus ex gratia sua quadam spalem elemosine dedit efficaciam quam alii non dedit operibus.

b

Facto in charitate. Dicitur autem elemo-  
sina valde large. sicut legitur super illud lo-  
cum. omni petenti te tribue. s. res vel orō  
vel increpatio. Nunquid enim pauper est christi-  
ana religio. si vero petitor sit robustus  
et laborare possit vel non indigeat. mag-  
na elemosina est eum increpare. Nullus  
enim christianus debet esse quin quotidie ali-  
quam faciat elemosinam vel aliquod ge-  
nus elemosine. Et sciendum est quod quilibet christianus omnia que ultra necessi-  
tates acquirit expendere debet in elemo-  
sinas. sed difficile est assignare que neces-  
saria sunt homini et que superflua. Potest  
tamen dici quod omnia dicuntur homini ne-  
cessaria que sunt ad sustentationem suam  
et ad honestam familie sue provisionem  
sibi necessarie non vane vel superflue. ut  
si filias suas habeat maritare vel fili-  
os erudire vel eis in posterum provide-  
re vel domos ruinosas reparare vel pon-  
tem construere. vel vicinis destructis  
subuenire. bene licet quilibet ad tales usus  
pecuniam congregare. et usque ad tempus  
oportunitate reservare. Et talia non dicuntur  
superflua sed necessaria. Si quis autem  
diuitias congregat non habens certam  
causam in quos usus referuet nec certum  
finem expendendi constituit. sed delectando  
in his cor suum simul cum pecunia  
in archa recludit. auarus est et qui pro do-  
lo auaricie immolat. et omnia sic congre-  
gata sunt superflua et essent in elemosi-  
nas eroganda. Cum summa ergo dili-  
gentia quilibet exhortandus est peni-  
tens. ut in quantum potest de rebus tamē li-  
cite acquisitis elemosinas faciat. Vnde  
ut ad priora redeamus. licet iudici eccle-  
siastico pena pecuniaria delinquentes  
punire. quia magis timent illam quam pe-  
nam spirituales. sicut dicit Augustinus. Verumtamen

est inhonestum et signum cupiditatis. si pre-  
laci talem pecuniam in proprios usus con-  
uertant nisi forte indigeant. sicut olim  
pauperibus iudicibus. cum tota die ie-  
iuni determinando causas conqueren-  
tium laborarent licite dabantur pecunie  
et eas accipiebant unde viverent. De-  
berent ergo prelati qui taliter puniunt  
pecuniam delinquentis sic acceptam in  
pias causas expendere vel in fabrica  
ecclesie vel in pauperibus vel in pontis con-  
structione vel in captiuorum redemptione  
vel in desolatam puellarum nuptiis et  
consimilibus. ut tota videret vicinia  
quod non acciperent propter cupiditatem sed  
propter delinquentium emendationem

Solum autem queri vtrum habenda  
sit distinctio in elemosinis distribu-  
endis. quia dicit quidam autoritas. desu-  
det elemosina in manu tua donec inue-  
nies iustum cui des. Cum contra alia di-  
cit autoritas. Omni petenti te tribue.  
Quidam autem dicunt quod prima auto-  
ritas de illis elemosinis intelligenda sit  
quae sunt ab ecclesia institute. et certis pro-  
portio debite et decime et oblationes quae ser-  
uari debent donec inueniat sacerdos  
cui debent. alia tamen inuenit in cano-  
ne distinctio. In minutis enim et quo-  
tidianis elemosinis que distribuuntur  
hostiatum medicantibus non debes ex-  
aminare cui des. sed indifferenter omni-  
bus aduenientibus secundum facultates  
tuas distribues. Si vero maiores fue-  
rint tunc debes discutere qui magis sunt  
digni et qui magis indigeant et quibus  
magis tenearis.

De tertia specie per quam peccata remittantur  
Ercia remissionis species est mar-  
tirium. sub qua comprehenduntur omnes macerationes carnis

et corporis labores. ut ieiunia vigilie  
pegrinationes cilicium discipline et si/  
milia. Nullus enim a tali martirio im/  
munis debet esse. unde ait apostolus  
Stigmata domini Ihesu in corpore  
meo porto ut suppleam ea que defunt  
passioni christi. Et beatus Augustinus. Delica/  
tus est miles qui vult gaudere cum se/  
culo et regnare cum christo. Debet ergo dis/  
cretus sacerdos talia iniungere marti/  
ria culibus penitenti. sed tamen cum dis/  
cretione quia eque potest peccare aliquis  
nimis se extenuando. sicut nimis come/  
dendo. Hoc autem scire debet sacerdos  
quod magis iniungendum est a potu quam a  
cibo abstinentia. Plus enim peccant ho/  
mines pro potu quam pro cibo. Veritatem  
propter indigestionem et cruditatem et pro/  
pter piculum infirmitatis que peruenire  
solum ex nimia siti post cibum. Statutum  
est ut in ieiuniis liceat bibere post cibum  
et tamen moderate. quia si bibat super/  
flue. tamen peccat ac si comederet superflue  
et ita ebriosis iniungenda est certa bibendi  
mensura. Item non videtur vere peni/  
tere qui nunquam suscipit disciplinas sicut  
christus pro nobis flagellatus est. Si quis  
autem sacerdotis copiam ad disciplinam  
non potest habere. in privato loco  
seipsum poterit disciplinare. Vidimus  
etiam quosdam religiosos consulentes  
penitentibus. ut carnem suam ungui/  
bus loco discipline vellicarent. Item  
vere penitens non videtur qui cilicio ali/  
quotiens vel saltem laneis vestibus in  
anno non induit. et in laneis quandoque  
non dormit. Dominus enim nudatus fuit  
propter nos. et nos sustinere non poterimus  
laneas vestes. propter ipsum? Item  
iniungendum est omni penitenti ut vigi/  
let in vigiliis aliquorum sanctorum ali

quotiens in anno. Iam enim institute sunt  
in ecclesiis dei vigilie ut vigilemus in  
illis. Dominus enim in passione sua vi/  
gilauit. et in oratione propter nos pro/  
tulit et continue nos dormiemus. Vi/  
dimus enim discretos sacerdotes penite/  
tibus consulentes ut saltem in vigiliis  
sanctorum altera noctis hora surgerent  
et ante lectum stando vel saltem seden/  
do propter illorum venerationem sancto/  
rum orationes suas dicerent. et aliquoti/  
ens genua sua flecterent. labor etiam ho/  
nestus et utilis et pegrinatio est iniungenda  
penitenti. quia sicut ait ecclesiasticus  
Multa mala docuit ociositas. Cui  
enim honestis non intendit. de necessitate  
turpibus intedit quia animus huma/  
nus in se non potest quiescere cum nil  
habeat quod sibi sufficiat. et ideo oportet  
quod exeat vel ad honesta vel ad turpia  
Unde Hieronimus ad rusticum mona/  
chum ait. vide ut dyabolus te nunquam  
inueniat ociosum. aut alucaria apum  
lentis texe viminibus aut riuos pro are/  
as ortis deducas aut aliud quippiam  
operis facias in quibus animus occupa/  
tur. ne euagari possit ad illicita. genti/  
lis etiam poeta sic ait. Si uerit egistus  
quare sit factus adulter. In promptu  
causa est desidiosus erat.

De quarta specie pro qua peccata remittantur.

Varium genus remissionis est  
conuersio fratris hortantis.

Cui enim reuocauerit fratrem suum  
a via erroris ad viam veritatis. sal/  
uauit animam suam. Magis enim placet  
deo unam a peccato liberare animam quam  
totum regnum a terreno piculo saluare  
unde dominus. Si peccauerit frater tuus

in te corripere cum inter te et ipsum solum  
si autem te non audit adhibere tecum duos  
vel tres testes. quod si non audit dic ecclesie  
Ista tamen auctoritas multarum dubita-  
tionem habet. Primo utrum preceptum  
sit generale omnibus. Sed si ita est. ergo  
quilibet tenet regem vel episcopum corripere.  
Item ipsa auctoritas videtur esse sibi con-  
traria. Sancti enim sic exponunt. Si pec-  
caverit in te frater tuus. id est te solo scien-  
te. si autem tu solus scis quomodo tu potes  
adhibere testes super hoc quod ipse nescit  
vel si debes occulte dicere eis ut peccatum  
fratris tui quod tu solus scis videant  
tunc publicare videris crimen suum quod  
constat esse prohibendum. Dicunt autem quidam  
quod istud solum dicitur esse Petro et suc-  
cessoribus suis et prelatibus quia dominus  
cum hoc dixit solo locutus est Petro  
Sed videtur contrarium quod sequitur. quod  
vni dico omnibus dico. Dicunt etiam  
predicti quod auctoritas domini intelligitur in  
duobus casibus. Prima enim pars au-  
toritatis. scilicet si peccaverit in te frater tuus  
intelligitur quando alicui tali soli notum  
est crimen alterius. Secunda pars. scilicet  
adhibere duos testes vel tres. intelligitur  
quando pluribus notum est crimen unius  
Sed grave est quod sequitur si eos non au-  
dierit dic ecclesie. Dicit enim ibi glossa stu-  
dio corripendi sub testibus. Durum  
enim esset si quilibet teneretur accusare fratrem  
suum incorrigibilem coram iudice. et se  
expensis et laboribus fatigare. Unde ad  
hoc dicunt quod non sunt producendi testes  
quasi in forma iudicis. sed amici et fa-  
miliares ad corripendum et castigandum  
stultum. ut sint tales testes qui ve-  
lunt peccasse et non obesse. Et si nec sic ve-  
lit corrigi dicere debet ecclesie. id est sacerdoti  
suo. nec tenetur proseguere causam con-

tra incorrigibilem. Hoc etiam precep-  
tum generale est omnibus pro loco et te-  
pore scilicet si habeant possibilitatem et fa-  
cultatem corripendi. Tenetur servus do-  
minum suum quoadmodum potest. ut di-  
cit beatus Augustinus. Et hec predicta auto-  
ritas intelligitur de fratribus religiosis  
qui simul sunt in claustris. ubi quilibet  
tenetur crimine fratris sui in capitulo pu-  
blicare ut corrigatur. nec hoc est crimen  
perdere sed corrigere. et secundum hoc nul-  
la est obiectio contra predictam auctoritatem.

#### De quinta specie pro qua remittuntur peccata

Unum genus remissionis est  
remittere debita debitoribus  
suis. quia dominus ait. Dimitte  
eum et dimittetur vobis. Istud autem in-  
telligitur de debitis spiritualibus generali-  
ter sed non de temporalibus. Sualia spiritu-  
alia et temporalia debita debeant di-  
mitti dicitur est superius.

#### De sexta specie remissionis.

Extremus modus remissionis est  
continuus gemitus pro peccato  
Unde penitentia dicitur quasi  
pena tenax. quoniam enim penitentia iniun-  
gatur alicui ad certum tempus. tamen  
sic debet intelligi ut usque ad finem vite  
doleat se deum offendisse et cum dolo-  
re habeat memoriam peccati. Unde qui-  
libet discretus sacerdos debet iniungere  
penitentiam ut peccata sua semper ad me-  
moriā reuocet. non ad delectandum  
sed ad dolendum. et se vilem reputet quod  
propter peccatum a deo recessit. et seruituti  
dyaboli se subiecit. Valet autem ad-  
tenta peccata reducere ad memoriā. ad con-  
fusionem de peccatis habendam. ad  
magnum cautelam de futuris et ad hu-

militatem. unde Aug. ait. Qui penitet  
onino peniteat et semper doleat se pec  
casse. qui nunquam peccauit magna est cau  
tela iugis peccatorum memoria. et a qui  
bus homo gaudet vix se euasisse. sem  
per tamen doleat in ea incidisse. hinc  
est quod quoad homo uiuit se nominare  
peccatorem debet ut dicat reus. Deus. p  
picius esto mihi peccatori. non quia in se  
senti peccat sed quia meminit se graui  
ter peccasse. Idcirco solus deus cuius  
libet peccati quantitatem nouit. et contra  
satisfactio pro quolibet peccato debeat ex  
solui. Quia ergo nemo certus est si ple  
ne satisfecit. nunquam securus a satisfacti  
one desistere debet.

#### De septima specie remissionis.

Optimus modus remissionis  
est per eucaristie susceptionem.  
Constat enim quod quotiens aliquis  
digne corpus domini sumit totiens re  
mittit ei aliquid de pena debita pro pec  
catis. Veritamen non ideo iniungi de  
bet penitenti ut frequenter sumat cor  
pus domini. Cum magna enim reueren  
tia et timore debet homo ad corpus christi  
sumendum accedere. quia ipse dominus  
cum sudore sanguineo accessit ad of  
ferendum. Nec unquam debet homo ad hoc  
sacramentum accedere cum conscientia  
mortalis peccati. Quis autem nemo  
certus sit utrum charitate habeat vel  
non. et quia nemo scit utrum dignus sit  
amore vel odio. tamen sufficit ei quod non  
sit sibi conscius mortaliter peccati ad hoc  
ut ad tantum sacramentum accedat. Est autem  
consuetudo inter religiosos perfectos quod  
de septimana in septimanam accedat ad  
eucaristiam et per septem dies orationibus

et ieiuniis se preparant. Layci autem se  
mel in anno accedunt. Si tamen honeste  
conuersationis sunt layci. et puras ha  
bent conscientias consulendum est eis  
ut saltem quater in anno communicent.  
quia ualeat eis ad augmentum gratie et  
remissionem pene peccati. Solent au  
tem quidam sacerdotes iniungere pe  
nitentiis ut missas de spiritu sancto et de  
beata uirgine. vel pro defunctis cele  
brari faciant. sed hoc cupiditatis ex  
fonte uidetur processisse. quia sunt qua  
tuor precia apud miseros sacerdotes  
taxata. scilicet quantum dare debeat pro annua  
li. quantum pro tricenniali. quantum pro  
septimanali. quantum etiam pro una  
missa singulari. et ita credunt layci pos  
se ipsas missas esse venales. et per hoc in  
magnum ducunt errorem. Et putant  
emere unam missam et corpus domini  
pro uno denario pro quo dederunt tri  
ginta denarios iudei. Non ergo debet  
iniungi celebratio missarum nisi sacer  
dotibus quorum est officium celebrare.  
Potest tamen consilium dari laycis.  
quod si amicos habeant sacerdotes qui gra  
tis celebrare uelint. pro animabus bene  
factorum suorum vel antecessorum humiliter  
eos ut hoc faciant exorent. Et eis erit  
valde utilis celebratio talis. Item etiam  
layco capellanum tenere. ut pro eo et  
amicis suis celebret et ei necessaria pro  
uidere. Nec intelligit ibi turpis pactio  
quod sine necessitate hoc facere non possit  
sacerdos. habeat ergo sacerdos predicam  
septem in notitia. aliter que confessio  
ris sunt plene non exequitur.

De irregularitatibus clericorum et lay  
corum et penis eorum.  
Capitulum. cxx. b3

Entum est ad extremum huius  
opusculi articulum. in quo cō  
siderandum est que penitētia  
cuiq; pctō sit iniungenda. Et scien  
dum est q̄ quedam pene determinate  
sunt in canonibus que mutari nō pūt.  
alie mutabiles sunt ⁊ arbitrarie scōm  
dispēsationē discreti sacerdotis. Vēs  
em̄ pene que constitute sunt a cano  
nibus p̄pter contractam irregularita  
tem. indispensabiles sunt a minori sa  
cerdote. Sunt autem quedā irregu  
laritates clericorū quedā laycorū. Ir  
regularitates clericorū sunt que impe  
diunt eos ad sacros ordines p̄moue  
ri. vel si aliquis p̄motus est/ executio  
nem impediūt ordinis. vt homicidiū  
⁊ multa alia de quibus prediximus.  
Irregularitates laycorū sunt p̄ quas  
excludunt a matrimonio. vel si conu  
gati fuerint suspendunt ab vsu matri  
monii. ita q̄ conugale debitū nō pos  
sunt expetere sine superioris dispensatōe

Est etia; laycorū alia irregularitas  
p̄ quā excludunt a quibusdam legiti  
mis actibus vt nō possint testimonia  
p̄hibere ī statu liberi hominis. nec pos  
sunt ecclias intrare temporibus deter  
minatis. de quibus etiam predixim⁹  
Istos autem canones qui certi sunt. ⁊  
in talibus casibus determinati ⁊ indis  
pensabiles null⁹ sacerdos ignorare dē  
Adortaliter em̄ peccaret si pctm̄ aliq̄d  
a quo irregularitas contrahit in con  
fessione audiret. nisi confitenti irregu  
laritatem suam ostenderet. quia quili  
bet sustinere debz penam irregularita  
tis sue. ⁊ peccat mortaliter si transgre  
diatur etiam ignoranter. nec potest si  
simplex est nisi a suo sacerdote certifi  
cari. Alie em̄ penitentie sunt p̄ pctō

rum satisfactione ex quibus nō cōtra  
bit irregularitas. ⁊ in talibus nō pōt  
obseruari rigor canonum antiquorū.  
Tot em̄ ieiunia. tot vigilie tot pegri  
